

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Io. Sulpitius Verulanus Petro Paulo de Comite
Iuueni generoso & strenuo. S. P. D.
Charī discipuli fidus p̄ceptor non facile obliuiscitur
Petre Paule: Durat enim mihi adhuc illa tui instituen/
di & quęcunq; ad te ornandum subministrandi solici/
tudo. Quare ad discendum rursus te reuoco: non Poeti/
cen aut Historicen aut Oratoriam: ad quas tibi pluri/
mum hęc lectio proderit: Sed ipsam Militarem disci/
plinam. In qua te sub peritissimi fratris tui Io. Baptiste
& monitis & auspiciis hactenus exercuisti: & iā sub Ni/
colao Ursino Suanę Comite Sororio tuo auspicius
exercebis. Vt nihil igitur quod ad eam callendam est
opus desideres: Tres de ea re scriptores egregios quos
nuperrime recognoui: Vegetium: Aelianum: & Fronti/
num simul coniunxi: & ut emendatissimi in tuas: & in
aliorum manus uenirent effeci. Videbis in primo qui
uerborum nouitate & castrensibus uerbis p̄sepe utitur
omnem rei militaris scientiam ex maximis optimisq;
auctoribus in perspicuam breuitatem enucleatam: quę
te excitatum solertem audētem cautumq; reddet. Alter
pugnandi & acierum instruendarum sic te scientiā edo/
cebit: ut tantum sit tibi animorum hęc lectio adiectura
ut nō dubitem quin Clarissimi Patris Fratrisq; tui illius
simillimi uestigia imitatus in p̄stantissimum uirū sis
euasurus. In tertio autem exemplorum id genus tantam
copiam lectitabis ut etiam disertum in re Militari sit
te redditura. Vale:.

2
Valentinianus
Augustus

FLAVII VEGETII VIRI ILLVS AD VA
LENTINIANVM AVGVSTVM EPITO
MA INSTVTORVM REI MILITARIS
EX COMMENTARIIS CATONIS: CEL
SI: TRAIANI: HADRIANI: ET FRONTI
NI LIBER PRIMVS.

ANtiquis temporibus mos fuit bonarū
artium studia mandare litteris atq; in li
bros redacta offerre principibus: quia
neq; recte aliquid inchoatur: nisi post
deum fauerit imperator. Neq; quenq;
oportet magis uel meliora scire: uel plu
ra q̄ principem: cuius doctrina omnibus potest p̄desse
subiectis. Quod Octauium Augustum: ac bonos de
hinc principes libenter habuisse frequentibus declara/
tur exemplis. Sic regnantium testimoniis creuit eloquen
tia: dum non culpatur audacia. Hac ego imitatione com
pulsus: dum considero clementiam uelstram ausibus lit/
terarum magis ignoscere posse: q̄ ceteros: tanto inferio
rem me antiquis scriptoribus esse sensi: licet in hoc opu
sculo nec uerborū cōcinnitas sit necessaria: nec acumen
ingenii: sed labor diligens: ac fidelis. Vt ea: quę apud di
uersos historiographos: uel armorū disciplinam docen
tes dispersa: & inuoluta celantur: pro utilitate Romana
proferantur in medium. De delectu igitur: atq; exerci/
tatione tyronū per quosdam gradus: et titulos antiquam
cōsuetudinem conamur ostendere: non: quo tibi: Impe
rator inuicte ista uideantur incognita: sed ut quę sponte
pro reip. salute disponis: agnoscas olim custodisse Ro/
mani imperii cōditores & in hoc paruo libello quicquid
de maximis rebus: semperq; necessariis requirendum
credis: inuenias.

Augustus octan



Primus liber electionem edocet iuniorum: ex quibus locis uel quales milites probandi sint: aut quibus generibus armorum exercitus imbuendi. Secundus liber ueteris militie continet morem: ad quem pedestris institui possit exercitus. Tertius liber omnium artium generaque terrestri prelio necessaria uidentur/ exponit. Quartus liber uniuersas machinas: quibus uel oppugnantur ciuitates: uel defenduntur/enarrat. Naualis quoque belli precepta subnectit.

Hec continet liber primus.

Romanos omnes gentes sola armorum exercitatione uicisse.

Ex quibus regionibus Tyrones legendi sint.

Utrum ex agris: an ex urbibus utiliores sint Tyrones.

Cuius etatis Tyrones probandi sint.

Qua statura probandi sint.

Ex uultu: & positione corporis agnosci in eligendo: qui meliores possint esse Tyrones.

Cuius artis uel eligendi: uel respiciendi sint Tyrones.

Quando Tyrones signandi sunt.

Ad gradum militarem: & cursum: & saltum exercendos Tyrones.

Ad natandi usum exercendos Tyrones.

Quemadmodum ad scuta uimineae: uel ad palos antiqui exercebant Tyrones.

Non cesum: sed punctim ferire/docendos Tyrones.

Armaturam docendos Tyrones.

Tyrones exercendos ad missilia facienda.

Sagittis diligenter Tyrones imbuendos.

Ad iactandos lapides funda/exercendos Tyrones.

De exercitio plumbatarum.

Quemadmodum ad ascendendos equos Tyrones instituenti sunt.

Ad portandum pondus exercendos Tyrones.

Quo armorum genere usi sint antiqui.

De munitione castrorum.

In quibus locis constituenda sunt castra.

Quali specie designanda sunt castra.

Quo genere munienda sunt castra.

Quemadmodum munienda sunt castra: cum hostis immineat.

Quemadmodum exerceantur milites: ut in acie ordines/ & interualla custodiant.

Quantum spacium ire debeant: & quotiens in mense exerceri: quomodo educuntur milites ambulatum.

De adoratione rei militaris: Romanorumque uirtutis.

Romanos omnes gentes sola armorum exercitatione uicisse.

In omni autem prelio: non tam multitudo: & uirtus indocta: quam ars: & exercitium solent prestare uictoriae. Nulla enim alia re uidemus populum Romanum sibi orbem subiecisse terrarum: nisi armorum exercitio: disciplina castrorum: atque usu militie. Quid enim aduersus Gallorum multitudinem paucitas Romana ualuisse: Quid aduersus Germanorum proceritatem breuitas potuisset audere? Hispanos quidem non tantum numero: sed etiam uiribus corporum nostris prestitisse manifestum est. Aethiolorum dolis: atque diuitiis semper impares fuimus. Grecorum artibus: prudentiaque nos uinci nemo unquam dubitauit. Sed aduersus omnia profuit tyronem solertem eligere. Ius: ut ita dixerim/ armorum docere/quotidiano exercitio laborare/quecumque in acie euenire preliis possent/ omnia in campestri meditatione prenoscere: & quotidiano exercitio roborare/ se uere in desides uindicando. Scientia enim rei bellicae di-

Galli

Germani

Hispani

Aethioli

Greci



micandi nutrit audaciam. Nemo facere metuit: quod se bene didicisse confidit. Etenim in certamine bellorum exercitata paucitas ad uictoriam promptior est. Rudis & indocta multitudo exposita semper ad cedem.

Ex quibus Regionibus Tyrones eligendi sint.

Erunt ordo deposcit: ut ex quibus prouinciis: uel nationibus tyrones legendi sint prima parte tractetur. Constat quidem in omnibus locis & ignauos & strenuos nasci. Sed tamen & gens gentem precedit in bello & plaga coeli ad robur non tantum corporum: sed etiam animorum plurimum ualet: quo loco ea: quae a doctissimis hominibus comprobata sunt non omittam. Omnes nationes: quae uicinae sunt soli nimio calore siccitateque amplius quidem sapere: & minus habere sanguinis dicunt: ac propterea constantiam: ac fiduciam eo minus habere pugnandi: quia metuunt uulnera: qui exiguum sanguinem se habere nouerint. Contra septentrionales populi remoti a solis ardoribus incosultiores quidem: Sed tamen largo sanguine redundantes sunt ad bella promptissimi. Tyrones igitur detemperatioribus legendi sunt plagis: quibus & sanguinis copia suppetat ad uulnerum: mortisque contemptum: & non possit deesse prudentia. Quare & modestiam seruat in castris: et non parum prodest in dimicatione/consiliis.

Vtrum ex agris: an ex urbibus utiliores sint Tyrones.

Equitur/utrum ex agris: an de urbibus utilior Tyr o sit/ requiramus: credo nunquam potuisse dubitari aptiorem armis rusticam plebem quae sub diuo/ & in labore nutritur/ solis patiens/ imbreque negligens/ balnearium nescia deliciarum ignara/ simplicis animi/ paruo contenta/ duratis ad omnium laborumque

tolerantiam membris: cui gestare ferrum. fossam ducere. onus ferre consuetudo. de rure est. Interdum tamen necessitas exigit etiam urbanos ad arma compelli: qui ubi nomen dedere militiae/ primum laborare: decurrere portare pondus/ & solem pulueremque ferre condiscant Parco uictu utantur/ & rustico. Interdum sub diuo. interdum sub papilionibus commorentur. tunc demum ad usum erudiatur armorum. & si longior expeditio emergit: in angariis plurimum detinendi sunt. proculque habendi a ciuitatis illecebris: ut eo modo & corporibus eorum robur accedat: & animis. Nec inficiandum est post urbem conditam Romanos ex ciuitate perfectos semper ad bellum. sed tunc nullis delitiis frangebantur. Sodorem cursu/ & caestri exercitio collectum natans iuuetus abluerat in tybri. Idem bellator. idem agricola genera tantum, mutabat armorum. Quod usque adeo uerum est: ut aranti Quintio cincinnato uiro optimo dictaturam constet oblatam: Ex agris ergo supplendum robur praecipue uidetur exercitus. Nescio quomodo enim minus mortem non timet: qui minus deliciarum nouit in uita.

Cuius aetatis Tyrones probandi sint.

Vnde qua aetate milites legi conueniat/ exploremus. Et quidem si antiqua consuetudo seruanda est/ incipientem pubertatem ad delectum cogendam nullus ignorat. non enim tantum celerius: sed etiam perfectius imbuuntur: quae discuntur a pueris: deinde militaris alacritatis/ saltus/ & cursus ante tentandus est: quam corpus aetate pigrescat. Velocitas enim est: quae percepto exercitio strenuum efficit bellatorem. Adolescentes legendi sunt: sicut ait Sallustius. Nam simulac iuuentus belli patiens erat in castris per laborem usu militiam discebant. Melius enim est: ut exercitatus iuue-

Nome' dar
militie

Sub diuo

Papiliones
tabernaculi

Angarijs

Quintius Cincinnatus

Sallustius



nīs causetur etatem nondum aduenisse pugnandi/ q̄ do
leat preteruisse. Habeat etiam spatium uniuersa discen-
di: Neq̄ enim parua: aut leuis ars uidetur armorum/ si/
ue equitem: siue peditem sagictaria uelis imbuere: siue
scutatum armaturę numeros: omnesq̄ gestus docere:
ne locum deserat: ne ordines turbet: ut missile et destina-
to ictu/ & magnis uiribus iaciat: ut fossas ducere: sudes
scienter figere norit. tractare scutum. & obliquis ictibus
uenientia tela deflectere. plagam prudenter uitare. auda-
cter inferre. Huic taliter instituto aduersum quoslibet
hostes in acie non erit formido: sed uoluptas.

Qua statura Tyrones probandi sint.

Roceritatem tyronum ad uictoriam scio sem-
per exactam/ ita: ut senos pedes: uel certe qui/
nos: & denas uncias habere inter alares equites
uel in primis legionum cohortibus probarentur. Sed
tunc erat amplior multitudo. & plures militiam seque-
bantur armatam. Necdum enim ciuili pars florentio-
rem adduxerat iuuentutem. Ergo necessitas exigat non
tam stature rationem habere: q̄ uirium/ & ipsiq̄ Home-
ro teste non fallimur: q̄ tideum minorem quidem cor-
pore: sed fortiorem armis fuisse significat.

Ex uultu/ & positione corporis agnosci in
eligendo/ qui meliores possint esse Tyrones.

Ed/ qui delectum acturus est/ uehementer inten-
dat: ut ex uultu/ ex oculis/ ex omni conforma-
tione membrorum eos eligat: qui implere uale-
ant bellatoris officium. Nam non tantum in homini-
bus: sed etiam in equis/ & canibus uirtus multis decla-
ratur indiciis: sicut doctissimorum hominum discipli-
na comprehenditur: quod etiam in apibus mantuanus
auctor dicit esse seruandum. Nam duo sunt genera. hic
melior insignis/ & ore/ Et rutilis clarus squamis. Ille hor-

ridus alter desidia: latamq̄ trahens inglorius aluum. Sit
ergo adolescens martio operi deputandus uigilantibus
oculis/ erecta ceruice. lato pectore. humeris musculosis
ualentibus digitis. longioribus brachiis. uentre modi-
cus. exilior cruribus. suris expeditus non supflua carne
distentis: sed neruorum duritia collectis. Cum hec in ty-
rone signa deprehendis: proceritatem non magnopere
desideres. Vtilius enim est fortes milites esse: q̄ grades.

Cuius artis Tyrones uel eligendi
sint: uel respuendi.

Equitur: ut cuius artis uel eligendi: uel penitus
respuendi sint milites/ indagemus. Piscatores
Aucupes. Dulciarios. Linteones: omnesq̄: qui
aliquid tractasse uidentur: Ad gynecia genera mulieru
pertinens/ longe arbitror pellendos a castris. Fabros. Fer-
rarios. Carpentarios. Macellarios. & Ceruorum Apro-
rumq̄ uenatores conuenit sociare militię. Et hoc est: in
quo totius reip. salus uertitur: ut tyrones nō tantum cor-
poribus: sed etiam animis prestantissimi deligantur. Vi-
res regni/ & Romani nominis fundamentum in prima
delectorum examinatione consistunt. nec leue putetur
hoc officium: aut passim quibuscunq̄ mandandum:
quod apud ueteres inter uaria genera uirtutum in serto
rio precipue constat esse laudatum. Iuuentus enim cui
defensio prouintiarum: cui bellorum est commitenda
fortuna/ & genere: si copia suppetat: & moribus debet
excellere. Honestas enim idoneum militem reddit.
Verecundia/ dum prohibet fugere/ facit esse uictorem.
Quid enim prodes: si exerceatur ignauus? Si pluribus
stipendiis moretur in castris. Nunq̄ exercitus profecit
tempore belli cuius in probandis tyronibus claudicari-
t elector. Et quantum usu: experimentisq̄ cognouimus/
hinc tot ab hostibus illatę sunt clades: dum longa pax

Dulciarius
Linteone

Sertorio

Homer

Tydeus

Delectus militu
gd

Verg



militēs negligentius: incuriosiusq; legit: dum inhonesti
ores: quicq; ciuilia sectatur officia: dum possessoribus ad
dicti tyrones per gratiā aut dissimulatōem probantium
tales sociantur armis: quales domini habere fastidiunt.
A magnis ergo uiris magna diligētia idoneos elegi cō
uenit iuniores.

Quando Tyrones signandi sunt.

Ed non statim punctis lignorum inscribendus
est tyro delectus. Verum ante exercitio preten
s tandus: ut utrum tanto operi aptus sit/possit co
gnosci. & uelocitas in illo requirenda uidetur: & robur.
Et utrum armorum disciplinam ediscere ualeat. Vtrum
habeat confidentiam militarem. Pleriq; enim quis non
improbabiles uideantur/tamen experimentis compro
bantur indigni. Repudiandi ergo minus utiles & in lo
cum eorū strenuissimi subrogandi sunt. In omni enim
conflictu non tam prodest multitudo: q̄ uirtus. Signa
tis itaq; tyronibus per quotidiana exercitia armorum
est demonstranda doctrina. Sed huius rei usum dissimu
latio longe securitatis aboleuit. Quem inuenis: qui do
cere possit: quod ipse non didicit: de historiis ergo: uel
libris nobis antiqua consuetudo repetenda est. Sed illi
res gestas: & euentus tantū scripsere bellorum. Ista quē
nunc querimus: tanq̄ uota linquentes Lacedemonii qui
dem: & Athenienses: aliiq; grecorum in libros rettule
re complura quę acuta uocantur. Sed nos disciplinam
militarem populi Ro. debemus inquirere: qui ex parui
finib; imperium suum pene solis Regionibus: & mun
di finem distendit. Hęc necessitas compulit euolutis
auctoribus/ ea me in hoc opusculo fidelissime dicere:
que Cato ille censorius de disciplina militari scripsit: q̄
Cornelius Celsus: que Frontinus pstringenda duxerunt
que Paternus diligentissimus iuris militaris assertor in

Cato Censor

Corn. Cel.

Frontinus

Paternus

Scriptores rei militaris

libros redegit: quę Augusti: & Traiani: Hadrianiq; cō
stitutionibus cauta sunt. Nihil enim mihi auctoritatis
assumo: sed horum: quos supra rettuli ea: quę dispersa
sunt: uelut in ordinem/ & abbreviationes: quę epitō/
mata dicuntur conscribo.

Ad gradum militarem/ & cursum/ & sal
tum exercendos Tyrones.

Rimis ergo meditationum auspiciis tyrones
p militarem edocendi sunt gradū. Nihil. n. ma
gis in itinere: uel acie custodiendum est: q̄: ut
omnes milites incedendi ordinem seruent: quod aliter
non pōt fieri: nisi: ut assiduo exercitio ambulare celeri
ter: & equaliter discant. Periculum. n. ab hostibus sem
per grauissimum sustinet diuisus: & inordinatus exerci
tus. Militari ergo gradu. xx. milia passuum horis. v. dū
taxat estiuis cōficienda sunt. Pleno aut gradu qui citati
or est/ totidem horis. xxiiii. milia pagenda sunt. quicq;
addideris: iam cursus est. cuius spacium non potest dif
finiri. Sed ad cursum precipue assuefaciendi sunt iuni
ores: ut maiore impetu in hostem currant: ut loca oportu
na celeriter cum usu uenerit occupent. uel aduersari
is idem facere uolentibus preoccupent: ut ad exploran
dum alacriter pergant. alacrius redeant: ut fugientium
facilius terga comprehendant. Ad saltum etiam: quo
uel fosse transiliuntur: uel impediens aliqua altitudo su
peratur exercendus est miles: ut: cum eiusmodi diffi
cultates euenerint: possint sine labore transire. Preterea
in ipso conflictu. ac dimicatione Telorum bellator
cum Cursu Saltuq; ueniens aduersarii perstringit ocu
los: mentemq; deterret: priusq; plagam infligit: q̄ ille
ad cauendum: uel ad resistendum se praeparet. De
exercitio magni Pompeii Sallustius hoc memorat:
cum alacribus saltu: & uelocibus curru cum ualidis

Augustus
Traianus
Hadrianus

Epitoma
1. abbrevi
ationes

Militari
gradus

Plenus
gradus

Sallustius



uecte certabat. Neque enim ille aliter potuisset par esse ser-
torio: nisi se & milites frequentibus exercitiis prepara-
set ad prelia.

Ad natandi usum exercendos Tyrones.

Ad natandi usum estiuus mensibus omnis equali-
ter debet tyro condiscere. Non enim pontibus
semper flumina transeuntur. Sed & cedens: &
insequens natare cogitur frequenter exercitus. Sepe re-
pentinis imbribus solent exundare torrentes. Et igno-
rantia non solum ab hoste: sed ab ipsis aquis discrimen
incurrit. Ideoque Romani ueteres: quos tot bella: & con-
tinuata pericula ad omnem rei militaris erudiuerant ar-
tem / Campum martium uicinum tyberis delegerunt
in quo iuuentus post exercitium armorum sudorem:
pulueremque dilueret. ac lassitudinem: cursusque laborem
natando deponeret: non solum aut pedites: sed & equi-
tes: ipsosque equos: uel lixas: quos Galliaris uocant ad na-
tandum exercere percommodum est: ne quid imperitis:
quum necessitas incumbit eueniat.

Quemadmodum ad scuta: uel ad
palos antiqui exercebant tyrones.

Ntiqui: sicut inuenitur in libris hoc genere ex-
ercuere tyrones. Scuta de uimine in modum cra-
tium: & rotundata texebant ita: ut duplum pon-
dus crates haberet: quam scutum publicum habere consue-
uit: iidemque clauas ligneas duplicis eque ponderis pro
gladiis tyronibus dabant. Eoque modo non tantum ma-
lorum enim usus non solum militibus: sed etiam gladi-
atoribus plurimum prodest. Nec unquam aut arena: aut cam-
pus inuictum probauit uirum: nisi: qui diligenter exercita-
tus docebatur ad palum. A singulis aut tyronibus singuli
pali defigebantur in terram: ita ut micare non possent

& sex pedibus eminent. Contra illum palum: tanquam con-
tra aduersarium tyro et crate illa: & claua: uelut cum gla-
dio se exercebat: & scuto: ut nunc quasi caput: aut facies
peteret: nunc a lateribus minaretur. Interdum contende-
ret: poplites: & crura succidere. recederet. insultaret. insu-
liret: & quasi presentem aduersarium: sic palum omni
impetu: omni bellandi arte tentaret: in qua meditatione
seruabatur illa cautela: ut ita tyro ad inferendum uulnus
insurgeret: ne qua parte ipse pateret ad plagam.

Non celsim: sed punctim ferire
docendos Tyrones.

Reterea non celsim: sed punctim ferire disce-
bant. Nam celsim pugnantes non solum facile
uicere: sed etiam derisere Romani. Celsa enim
quouis impetu ueniat: non frequenter interficit: cum &
armis uitalia defendantur: & ossibus. At contra puncta
duas unctias facta: & adacta mortalis est. Necesse est
enim: ut uitalia penetret: quicquid immergitur. Deinde
cum celsa infertur: brachium dextrum: latiusque nudatur.
Puncta autem tecto corpore infertur. & aduersarium
saueat antequam uideatur. Ideoque ad dimicandum hoc pre-
cipue genere usos constat esse Romanos. Dupli autem
poderis illa cratis: & claua dabantur: ut cum uera: & le-
uiora Tyro arma sumpsisset: uelut grauiore pondere li-
beratus securior: alacriorque pugnaret.

Armaturam docendos Tyrones.

Reterea illo exercitii genere: quod armaturam
uocant: & a campi doctoribus traditur: imbu-
endus est tyro. Qui usus uel ex parte seruatur.
Constat enim & iam in omnibus preliis armaturam me-
lius pugnare: quam ceteros. Ex quo intelligi debet: quod exerci-
tatus miles in exercitato sit melior. cum armaturam utcumque

270
Galliaris

exercitatio
ad palum

licore. 2. mo
ueri

Celsa. &
Puncta. a
uulgo este
cada

Armaturam
Campi &
etores



eruditi reliquos contubernales suos bellandi arte præce-
dant. Ita autem se uere apud maiores exercitii discipli-
na seruata est: ut & doctores armorum duplicibus remu-
nerarentur annonis: & milites: qui parum in illa prolusi-
one profecerant: pro frumento ordeum cogerentur acci-
pere: Nec ante eis in tritico redderetur annona: quàm sub
presentia prefecti tribunorum: uel principum experi-
mentis datis ostendissent se omnia: quæ erant in militia/
ri arte complexisse. Nihil enim neque firmitus: neque felicitus
neque laudabilius est reip. in qua abundant milites erudi-
ti. Non enim uestium nitorem: uel auri/argenti: gemma-
rumque copiam hostes aut ad reuerentiam nostram: aut ad
gratiam inclinant: sed solo terrore subiguntur armorum.
Deinde in aliis rebus: sicut ait Cato: si quid erratum est
potest postmodum corrigi. Præliorum delicta emenda-
tionem non recipiunt. Nam poena statim sequitur erro-
rem. Aut enim confessim pereunt: qui ignaue: imperi-
teque pugnauerunt. Aut in fugam uersi uictoribus ultra
pares esse non audent.

Tyrones exercendos ad missilia iacienda.

Ed ad inceptum reuertor. Tyro qui cum claua
exercetur ad palmam hastilia quoque ponderis
grauioris quam uera futura sunt iacula aduersus il-
lum palum: tanquam aduersus hominem iactare compelli-
tur: in qua re armorum doctor attendit: ut magnis uiri-
bus: & destinato ictu hastile contorqueat: ut uel in pa-
lum: uel iuxta dirigat missile. Etenim exercitio: lacertis
robur accrescit: & iaculandi peritia: atque usus acquiritur.

Sagittis diligenter Tyrones imbuendos.

Ed prope uel tertia: uel quarta pars iuniorum:
quæ aptior poterit reperiri: arcubus ligneis: sa-
gittis quoque lusoriis: ad illos ipsos semper exercen-

da palos: at ad doctores ad hanc rem artifices eligendi
& maior adhibenda solertia: ut arcum scienter teneant:
ut fortiter impleant: ut sinistra fixa sit: ut dextra cum ra-
tione ducatur: ut ad illud: quod feriendum est oculus
pariter/animusque consentiat: ut siue in equo: siue in terra
recte sagittare doceant: quam artem et disci opus est di-
ligenter: & quotidiano usu: exercitioque seruari. Quan-
tum autem utilitatis boni sagittarii in præliis habeat: *Cato*
Claudius
Scipio africanus
to in libris de disciplina militari euidenter ostendit. Et
Claudius pluribus iaculatoribus ante institutis atque per-
doctis hostem: cui prius impar fuerat: superauit. *Apri-*
canus quidem *Scipio*: cum aduersum Numantinos: qui
exercitum populi Romani sub iugum miserant: esset acie cer-
taturus: aliter se superiorem futurum esse non credidit: nisi
in omnibus centuriis lectos sagittarios miscuisset.

**Ad iactandos lapides fundis exercendos
Tyrones.**

D lapides uero uel manibus: uel fundis iacien-
dos exerceri diligenter conuenit iuniores. Fun-
darum usum primi balearium insularum ha-
bitatores & inuenisse: & ita perire exercuisse dicuntur:
ut matres paruos natos nullum cibum contingere sine/
rent: nisi que ex funda destinato lapide percussissent. *Se-*
pe enim aduersus bellatores cassidibus catafractis loricisque
munitos teretes lapides de funda uel fustibalo destinati
sagittis sunt omnibus grauioribus: & membris integris: leta-
le tamen uulnus important: ut sine inuidia sanguinis hostis
lapidis ictu intereat. In omnibus autem ueterum præliis fundi-
tores militasse nullus ignorat quæ res ideo ab uniuersis
tyronibus frequenti exercitio discenda est: quia fundam por-
tare nullus est labor: & interdum euenit: ut in lapidiosis lo-
cis conflictus habeatur: ut mos sit aliquis defendendum

*Balearium
ueteris fuit*



aut collis: ut ab oppugnatione caſtellarū ſiue ciuitatum lapidibus barbari: fundiſq; depellendi ſint.

De exercitio plumbatarum.

Lumbatarum quoq; exercitatio: quas martio/ barbulo uocāt/ eſt tradenda iunioribus. Nam in illyrico dudum duę legiones fuerunt: quę ſena milia militum habuerūt/ quę q; his telis ſcienter utebantur/ & fortiter/ martio barbulo uocabantur. His longo tempore per legiones ſtrenuiſſime cōſtat omnia bella conſecta uſq; eo: ut Dioclitianus: & Maximianus: cū ad imperium pueniſſent/ pro merito uirtutis hos martio barbuloſ louianos atq; herculianos cenſuerint appellandos. Eoſq; cunctis legionibus prętuliffē docemur. quinos aut martio barbuloſ inſertos ſcutis portare conſueuerunt: quos ſi oportune milites iacerent prope ſagittariorum ſcutati mutuari uidentur officium. Nam hoſtes: equoſq; conſauciant priuſ q̄ non modo manu ad manum: ſed ad ictum miſſilium potuerit perueniri.

Quemadmodum ad aſcendendos equos Tyrones exercendi ſunt.

Non tantum a tyronibus: ſed etiam a ſtipendiſ militibus ſalutatio equorum diſtrictē eſt ſemper exacta/ & uſq; ad hanc etatem: licet iam cū diſſimulatione perueniſſe manifeſtum eſt. Equi lignei hyeme ſub tecto: etate ponebantur in campo. Sup hos iuniores primo inermes: dum conſuetudine p̄ficerent. Demum armati cogebantur aſcendere. tātaq; cura erat ut non ſolum a dextris: ſed etiam a ſiniſtris partibus & inſilire/ & deſilire diſcerent: euaginos etiam gladios: uel contos tenentes. Hęc enim aſſidua meditatione faciebant: ut melius in tumultu pręlii ſine mora aſcenderent: qui tam ſtudioſiſſime exercebantur in pace.

Ad portandum/ pondus exercendos Tyrones.

libatæ → de
Martio barbulo

Dioclitianus

Maximianus

p Ondus quoq; baiulare uſq; ad .lx. libras, & iter facere gradu militari frequentiffime cogendi ſunt iuniores: quibus in arduis expeditōnibus neceſſitas imminet annonam pariter/ & arma portandi. Nec hoc credatur eſſe difficile ſi uſus acceſſerit. Nihil enim eſt: quod nō aſſidua meditatio facillimū reddat.

Qua rem antiquos milites factitauiffē Virgilio ipſo teſte cognoſci poteſt: qui ait. Nō ſecus: ac patriſ acer Romanus in armis: Iniuſto ſub falce uia cum carpit/ & hoſti Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.

Quo armorum genere uſi ſint antiqui.

I Ocus exigit: ut quo armorum genere inſtruedi: uel muniendi ſint tyrones referre tentemus. Sed in hac parte antiqua penitus conſuetudo deleta eſt. Nam licet exemplo Gothorum: & Alanorū Hunnorumq; equitum arma profecerint: pedites tamen cōſtat eſſe nudatos. Ab urbe enī condita uſq; ad tempus diui Gratiani et Catafractis: et Galeis muniēbatur pedestris exercitus. Sed cum campeſtris exercitatio in terueniente negligentia: deſidiaq; ceſſaret/ grauiā uideri arma coeperūt: quę raro milites induebant. Itaq; ab imperatore poſtulabāt primo catafractas. deinde caſſides reponere. ſic detectis pectoribus: & capitibus congreſſi contra Gothos milites noſtri multitudine ſagittariorum ſepe deleti ſunt. nec poſt tot clades: quę uſq; ad tantarum urbium excidia peruenerunt cuiq; curę fuit uel Catafractas: uel Galeas pedestribus reddere. ita fit: ut nō de pugna: ſed de fuga cogitent. qui in acie nudi expoſuntur ad uulnē. Quid enim pedes ſagittarius ſine Catafracta: ſine Galea faciet: qui cum arcu ſcutum tenere non poteſt! Quid ipſi Draconarii atq; ſigniferi: qui ſiniſtra manu baſtas gubernant/ in pręlio facient: quorum & capita nuda conſtant/ & corpora. Sed grauis pediti

De Conſuetudine

Virgilius

Gothi
Alani
Hunni

Gratianus

Catafractas
i. lorice uel
infra pat

Draconarii
ſignifer



lorica uidetur/ & galea fortasse raro meditati: & arma tractanti. Ceterum quotidianus usus non laborat etiam si onerosa gestauerit: sed illi: qui laborem in portandis ueteribus munimentis armorum/ ferre non possunt de tectis capitibus/ & uulnera sustinere coguntur/ & mortes. Et/ quod est grauius/ est & turpius aut capi/ aut certe fugere/ & remp. perdere: sic dum exercitium: laborēq; declinant cum maximo dedecore trucidantur: ut pecudes. Vnde enim apud antiquos mirus nō dicebatur pedestris exercitus: nisi quando pilate legiones: preter scuta/ etiam catafractis: galeisq; fulgebant/ usq; eo: ut sagittarii sinistra brachia manicis munirentur/ pedites scutati preter catafractas: & galeas: etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogerentur accipere. Sic erant muniti illi: qui in prima acie pugnantes principes: in secunda hastati: in tertia triarii uocabantur. Sed triarii genibus flexis solebant intra scuta subsidere: ne stantes uulnerentur uenientibus telis. & cum necessitas postulasset/ tanq; reuerti/ uehementius inuaderent hostes: quibus constat sepe factam esse uictoriam: cum hastati illi/ & qui prioresisterant interiissent. Erant tamen: apud ueteres inter pedites: qui dicebantur leuis armature/ funditores: & ferentarii: qui precipue in cornibus locabantur: & a quibus pugnandi sumebatur exordium. Sed ii/ & uelocissimi. & exercitatissimi legebantur. Nec erant admodum multi: qui cedentes: si prelii necessitas compulisset/ inter principia legionum recipi solebant ita: ut acies in mota consisteret/ usq; ad presens prope etatem consuetudo permansit: ut omnes milites pileis: quos pannonicos uocabant/ ex pellibus uterentur: quod propterea seruabatur: ne grauis galea uideretur in plio homini: qui gestabat aliquid semper in capite. Missilibus autem: quibus utebatur pedestris exercitus pyla uocabantur/ fer-

ocreas ocreas
in dextris cruribus
cogerentur accipere

principes
hastati
triarii

leuis armatura
funditores
ferentarii

Pila qd

ro subtili trigono prefixa/ nouem unciarum sine pedali: quod in scuto fixa non possint abscindi. & Torica scilicet/ ac fortiter directa facile perumpunt: cuius generis apud nos iam rara sunt. Barbari autem scutati pedites his precipue utuntur/ quas bebras uocant. & binas etiam: ac ternas in preliis portant. Sciendum preterea quod cum missilibus agitur sinistros pedes in ante/ milites habere debere. Ita enim uibradis spiculis uehementior ictus est. Sed: cum ad pylam: ut appellant/ uenitur: & manu ad manum gladio pugnatur: tunc dextros pedes in ante milites habere debent: ut & latera eorum subducatur ab hostibus: ne possint uulnus accipere & proximior dextera sit: que plagam, possit inferre. Instruendos igitur: ac protegendos omni arte pugnandi & quocumq; armorum genere constat esse tyrones. Necessesse est enim: ut dimicandi acriorem sumat audaciam: qui munito capite: uel pectore non timet uulnus.

Sine pedali

Ad pylam uenitur

De munitione Castrorum.

Castrorum quoque munitionem debet tyro condiscere. Nihil enim tam salutare: neque tam necessarium inuenitur in bello. Quippe si recte constituta sunt castra/ ita intra uallum securi milites dies: noctesq; peragunt/ etiam si hostis obsideat quasi muratam ciuitatem uideantur secum ubiq; portare. Sed huius rei scientia prorsus intercidit. Nemo enim iamdiu deductis fossis. prefixisq; sudibus Castra constituit. Sic diurno: uel nocturno superuentu equitum Barbarorum multos exercitus scimus frequenter afflictos. Non solum autem confidentes sine Castris ista patiuntur:



sed cum in acie casu aliquo coeperint cedere munimenta castrorum: quo se recipiant / non habent / & more animatum multi cadunt. uel prius moriendi finis fit: quam hostibus uoluntas fuerit prosequendi.

In quibus locis constituenda sint castra.

c Castra autem / praesertim hoste uicino tuto semper facienda sunt loco ubi ut & lignorum: et pabuli: & aquae suppetat copia. Et si diutius commorandum sit: loci salubritas eligetur. Cauendum etiam ne mons sit uicinus altior: qui aduersariis captus possit officere. Considerandum etiam ne torrentibus inundari consueuerit campus / & hoc casu uim patiatur exercitus. Pro numero autem militum: uel impedimentorum munienda sunt castra: ne maior multitudo constipetur in paruis: neue paucitas in latioribus ultra quam oportet cogatur extendi.

Quali specie designanda sunt castra.

i Interdum autem quadrata. Interdum trigona. Interdum semirota: prout loci qualitas: aut necessitas postulauerit castra facienda sunt. Porta autem: quae appellatur praetoria aut orientem spectare debet: aut illum locum: qui ad hostes respiciet. Aut si iter agitur / illam partem debet attendere: ad quam est profecturus exercitus: intra quam primae centuriae: hoc est cohortes papilionum tendunt / & dracones: & signa constituunt. De cumana autem porta: quae appellatur post praetoriam est: per quam delinquentes milites educuntur ad poenam.

Quo genere munienda sint castra.

c Astrorum autem diuersa: triplexque munitio est. Nam si nimia necessitas non premit / cespites circumciduntur e terra. & ex his uelut murus instruitur altus tribus pedibus super terram ita: ut in ante

∴ 1. ponunt tentoria
& tabernacula

11
sit fossa: de qua leuati sint cespites. deinde tumultuaria fossa sit lata pedes nouem / & alta pedes septem. Sed ubi uis acrior imminet hostium / tunc latissima fossa ambitum conuenit munire castrorum / ita ut sit lata. xii. pedes: alta sit sub linea sicut appellat pedes nouem. supra autem sepibus hinc inde factis / quae de fossa egesta fuerit / terra congeritur. & crescit in altum. iiii. pedes. sic fit: ut sit. xiii. alta / & xii. lata: supra quam sudes de lignis fortissimis: quas milites portare consueuerant / prefiguntur: ad quod opus ligones castra. qualos. aliaque utensilium genera habere conuenit semper in promptu.

Quem admodum munienda sunt castra: cum hostis immineat.

s Ed facile est absentibus aduersariis castra munire. Verum si hostis incumbat: tunc omnes equites: & media pars peditum ad propulsandum hostium impetum ordinatur in acie. Reliqui post ipsos ductis fossis muniunt castra: & per praekonem indicatur quae centuria prima. quae secunda. quae tertia omne opus compleuerit. Post haec a centuriis fossa inspicitur ac mensuratur & uindicatur in eos: qui negligetius fuerint operati. Ad hunc ergo usum constituendus est tyro: ut cum necessitas postulerit / sine perturbatione celeriter possit castra munire.

Quemadmodum exercentur Tyrones: ut in acie ordines / & interualla custodiant.

a Cnihil magis prodesse constat in pugna: quam ut assiduo exercitio milites in acie dispositos ordines seruent. Nec ultra magis quam expedit / conglobent agmen: aut laxent. Nam etiam constipati perdunt spacia pugnandi. & sibi inuicem impedimento sunt & rariores: atque interlucentes aditus prorumpendi hostibus praestant. Necessesse est autem statim metu uniuersa confundi: si intercisa acie ad dimicandum in terga hostis

Porta praetoria

De cumana porta

atriculæ ordo

uincus

Augustus P

Hadrianus

Ovidius

recursus q: ho
minum notos
mhi. in episto
i ad liuiam de
nocte drusi

accesserit. Producendi ergo tyrones sunt semp ad cam
pum: & fm matricule ordinem in acie dirigendi/ita ut
primo simplex extensa sit acies: ne quos sinus; ne quas
habeat curuaturas: ut equali: legitimoq; spatio miles di
stet a milite. tunc precipiendum: ut subito duplicent aci
em ita: ut in ipso impetu: ad quē ipsi respondere solent/
ordo seruetur. Tertio precipiendum est: ut quadratam
aciem repente constituent: quo facto in trigonum: quē
cuneum uocant acies ipsa mutanda est: Quē ordina
tio plurimum prodesse conlueuit in bello. lubetur etiā
ut instruant orbem: quo genere cum uis hostium inter
rupit aciem/relisti ab exercitatis militibus cōlueuit: ne
omnis multitudo fundatur in fugam: & graue discrimē
immineat. Hoc si iuniores assidua meditatione perce
perint/facilius in ipsa dimicatione seruabunt.

Quantum spatium ire: debeant & Quotiens
in mensē exerceri quum educuntur Milites
ambulatum.

Reuera uetus consuetudo pmanfit. & diui Au
gusti: atq; Hadriani constitutionibus precaue
tur: ut in mensē tam equites: q̄ pedites educan/
tur ambulatum. Hoc enim uerbo hoc exercitii genus
nominant. & decem milia passuum armati: instructiq;
omnibus telis pedites militari gradu ire: ac redire iube
bantur in castra ita/ut aliqua; itineris partem cursu ala
criore conficerent. Equites quoq; diuili per turmas: ar
matiq; similiter tantum itineris pagebant: ita: ut ad eque
strēm meditationem interdum lequerentur: interdum
cederent. & recurru quodā impetus repararent. Non so
lum aut in campis: sed etiam in cliuolis/ & arduis locis
& descendere: & ascēdere utraq; acies cogebatur: ut nul
la res uel calus prorsus pugnātibus posset accidere: quā
non ante boni milites assidua exercitatione didicissent.


De adoratione rei militaris Ro/

maneq; uirtutis.

b

Aec iudei: ac deuotōis intuitu imperator inuul
cte de uniuersis auctoribus: qui rei militaris di
sciplinam litteris mandauerunt/ in hunc libellū
enucleata congesti: ut in delectu: ac exercitatione tyro
num si quis diligēs uelit existere ad antiquē uirtutis in
uitationem facile corroborare possit exercitum. Neq;
enim degenerauit in hōibus martius calor. nec effoe
te sunt terrē: quē Lacedæmonios: quē Athenienses: quē
Marfos: quē Saminites: quē Pelignos: quē ipsos proge
nuere Romanos. Nonne Epyri armis plurimū aliunde
ualuerunt: Nōne Macedones: ac Thessali superatis Per
sis usq; ad Indiam bellando penetrarunt: Dacos aut/ ac
Moedos: ac Traces in tantum bellico/ os semper fuisse
manifestū est: ut ipsum Martem fabulose apud eos na
tum esse confirmet. Longum est: si uniuersarum pro
uinciarum uires enumerare contendam: cum omnes
in Romani Imperii ditione consistant. sed longe secu
ritas pacis homines partim ad delectationem ocii: par
tim ad ciuilia traduxit officia. Ita cura exercitii milita
ris primo negligentius agi/ postea dissimulari ad postre
mum olim in obliuionem perducta cognoscitur. nec
aliquis hoc superiore etate accidisse miretur: cum post
primū punicum bellum. xx. ex cursu annorum pax i
a Romanos illos ubiq; uictores ocio/ & armerum delue
tudine eneruauit: ut secundo punico bello Hannibali
pares esse non possent. Tot itaq; cōsulibus. tot ducibus
tot exercitibus amissis. Tunc enim ad uictoriam perue
nerunt: cum usum: exercitiumq; militare condiscere po
tuerunt. Semper ergo eligendi/ & exercendi sunt iunio
res. Vtilius enim constat erudire armis suos: q̄ alienos
mercede conducere.

Finis.


Cum Mars ap
Thrace nat
fingatur

Vegetii Rhenati epitomatis de re militari liber
secundus.

Instituta maiorum artis armate prece-
pue clementiaz uestram/ peritissimam
retinere, continuis declaratur uictoriis:
ac triumphis. siquidem indubitata ap-
probatio artis sit rerum semp effectus
Verum tranquillitas tua impator inui-
cte altiori consilio: q̄ mens poterat terrena concipere ex
libris antiqua desiderat: cum ipsam antiquitatem factis
recetibus antecedit. Cum igitur hec litteris breuiter co-
prehendere Maiestati uestrae non tam discenda: q̄ cogno-
scenda preceperer/ certauit sepius deuotio cum pudore.
Quid enim audacius: q̄ dno: ac principi generis huma-
ni domitri omnium gentium barbararum de usu: ac
disciplina insinuare bellorum: nisi forte iussisses fieri:
quod ipse gessisses. & rursus tanti impatoris non obe-
dire mandatis plenum sacrilegii uidebatur: atq; pericu-
li. Miro itaq; timore in parado audax factus sum: dum
metuo uideri audacior: si negassem: Ad quam temerita-
tem precedens me indulgentiae uestrae penitus anima/
uit. Nam libellum de delectu: atq; exercitio tyronu du-
dum tanq; famulus obtuli. non tñ culpatus abscessi. nec
formido iussum aggredi opus: q; spontaneu cessit im-
pune.

Haec continet secundus liber.

In quot genera diuidatur res militaris.
Quid inter legiones: & auxilia intersit.
Quae causa ex hauriri fecerit legiones.
Quotenas legiones antiq duxerunt ad bellum.
Quemadmodum legio constituatur.
Quot cohortes in una sint legione. Item quot milites in
una cohorte.

Nomina & gradus principum legionum.

Nomina eorum: qui antiquos ordines ducebant.

De officio praefecti legionis.

De officio praefecti castrorum.

De officio praefecti fabrorum.

De officio tribuni militum.

De centuriis: atq; uexillis pedum. De turmis equitu
legionarium.

Quem admodum legionis acies instruuntur.

Quemadmodu triarii: uel centuriones armentur.

Commissa pugna grauem armaturam stare promuro.

Nomina militum. & gradus in scutis eorum aduersis
scribenda.

Preter corporis robur notarum: uel computandi artem
in tyronibus elegendam.

Donatiui partem dimidiam debent apud signa milites
sequestrare seruandum ipsis.

In legione ita fieri promotiones: ut per omnes cohortes
tranleant q; promouentur.

Quid inter tubicines: & cornicines: & classicu intersit.

De exercitatione militum.

Exempla ad hortationum exercitii militaris & de aliis
artibus tracta.

Enumeratio ferramentoz: uel machinarum legionis.

In quot genera diuidatur res Militaris.

Es igitur militaris sicut latinorum Egregius au-
ctor carminis sui testatur exordio/ armis con-
stat & uiribus. Haec in tres diuidetur partes. Eq-
tes. Pedites. Classes. Equitum alii alares dicuntur ab eo:
q; ad similitudinem alarum ab utraq; parte protegant
acies: quae nunc uexillationes uocantur a uelo: quia ue-
lis: hoc est flammulis utuntur. Est aliud genus equituz:

Equites

Pedites

Classes

Alares

Vexillationes



legionarij

qui legionarij uocantur / propterea quidem: q̄ connexi sunt legionij ad quorum exemplum sunt equites instituti. Classium item duo genera. Vnū liburnarū; aliud lusoriaz. Equibus campi Classibus maria: uel flumina. pedibus colles. urbes. plana: & arbuta seruantur. Ex quo intelligere magis reip̄. necessarios pedites: qui possunt ubiq; prodesse. & maior numerus peditum / iumptu: & expensa minore nutritur. Exercitus ex re ipsa: atq; opere exercitij nomen accepit: ut ei nunq̄ liceret obliuisci: quod uocabatur. Verum ipsi pedites in duas diuisi sunt partes. Hoc est in legiones: & auxilia. Auxilia a sociis / uel foederatis gentibus mittebantur. Romana autem uirtus precipue in legionum ordinatione prepollet. Legio autem ab eligendo appellata est: quod uocabulum / eorum desiderat fidem: atq; diligentiam: quibus milites probantur. In auxiliis minor. In legionibus longe amplior consuevit militum numerus ascribi.

Quid inter legiones & auxilia intersit.

Eniq; Macedones. Græci. Dardani phalanges habuerunt: ut in una phalange armatorū octo milia censeretur. Galli: atq; celtiberi: pluresq; barbaricę nationes cateruis utebantur in prelio: in quibus erant sena milia armatorum. Romani legiones habent: in quibus singulis sena milia: interdum amplius militare consueuerunt. Quid autem inter legiones: & auxilia uideatur interesse expediam. Auxiliatores conducuntur ad prelium ex diuersis locis / ex diuersis muneribus uenientes. nec disciplina inter se: nec notitia / nec affectione consentiunt. Alia instituta. alius inter eos est usus armorum. Necessesse est autem tardius ad uictoriam peruenire: qui discrepant anteq̄ dimicent. Deniq; cum in expeditionibus plurimum profit omnes milites unius precepti significatione conuerti non possunt equaliter

Exercitus

legio unde auxiliares

phalanx quot peditib; constat

ateruæ

legiones quot militū

Auxiliatores

iussa cōplere. Qui ante pariter non fuerunt: tamen hec ipsa si solēibus: diuersisq; exercitiis prope quotidie roborentur / non mediocriter iuuat. Nam legionibus semper auxilia: tanq̄ leuis armatura in acie iungebant: ut in his p̄liandi magis adminiculum esset: q̄ principale subsidium. Legio autem propriis cohortibus plena: cū grauem armaturam: hoc est principes hastarios triarios ante signarios. Item leuem armaturam: hoc est ferentarios. sagittarios. funditores. balistarios: cum proprios: & sibi impositos equites legionarios iisdem matriculis teneat cum uno animo pariq; consensu castra munit. aciem instruat. prelium gerat ex omni parte perfecta / nulloq; extrinsecus indigens adiumento / q̄tamlibet hostium multitudinem superare consueuerat. documentum est magnitudo Romana: que semper cum legionibus dimicans tantum hostium uicit: q̄tum uel ipsa uoluit: uel rerum natura permisit.

Que causa exauriri fecerit legiones.

Legionum nomen in exercitu permanet hodie sed per negligentiam superiorum temporum robor infractum est. Nam cum uirtutis premia occuparet ambitio: & per gratiam promouerentur milites: qui promoueri consueuerant per laborem. Deinde contubernalibus completis stipendiis per testimoniales / ex more dimissis nō sunt alii substituti. Preterea necesse est morbo aliquantos debilitari: atq; dimitti. aliquantos Militiam deserere: uel diuersis calibus interire: ut nisi annis singulis. immo singulis pene mensibus in recedentium locum iuniorum turba succedat: quamuis copiosus exauriatur exercitus. Est & alia causa cur attenuate sint legiones. Magnus in illis labor est: militandi. grauiora arma. Sera munera Seuerior disci-

Legio propriis cohortibus plena Matriculis

Gravis armatura quæ

Leuis armatura. quæ



Cato

continus
d Traianu
rupit

plina. Quod uitantes pleriq; in auxiliis sepe festinant
militie sacramenta percipere: ubi & minor sudor: & ma
iora sunt premia. Cato ille maior cuz & armis inuictus
esset: fertur sepe dixisse: qd plus se reip. crederet profutu
rum: si disciplinam militarem conferret in litteras. Naz
untus etatis iuniores: que fortiter hui. Que uero pro uti
litate reip. scribuntur: eterna sunt. Idem fecerunt alii co
plures. Sed precipue Frontinus scribens diuo Traiano
ob eiusmodi comprobatur industriam. Horum institu
ta. Horum precepta q̄tum ualebo strictim: fideliterq; si
gnabo. Nam: cum eadem expensas faciat & diligenter
& negligenter exercitus ordinatus non solum presenti
bus: sed etiam futuris seculis proficiet: si prouisione ma
iestatis tue Imperator Auguste & fortissima dispositio
reparetur armorum/ & emendetur dissimulatio prece
dentium.

Quotenas legiones antiq ad bellu duxerunt.

N omnibus auctoribus inuenitur singulos co
sules aduersus hostes copiosissimos no ampli
us: q̄ binas duxisse legiones: additis auxiliis so
cioz/ tanta in illis erat exercitatio- tanta fiducia: ut cui
uis bello due crederentur posse sufficere. Quapropter
ordinationem legionis antique km normam militaris
iuris exponam: que descripto si obscurior: aut impoli
tior uidebitur: non mihi: sed difficultati ipsius rei con
uenit imputari. Attento itaq; animo sepius relegenda
sunt: ut memoria: intelligentiaq; ualeant comprehendere.
Necesse est enim inuictam esse remp. cuius imperator
militari arte percepta/ q̄tos uoluerit faciat exercitus bel
licosos.

Quemadmodum legio constituenda sit.

15
Diligenter igitur lectis iunioribus corporibus
animisq; prestantibus: additis etiam exercitiis
quotidianis quatuor/ uel eo amplius mensium
iussu: auspiciisq; inuictissimi principis legio formatur.
Nam uicturis in cute punctis milites scripti & matricu
lis inserti: iurare solent. & ideo militie sacramenta di
cuntur. Iurant autem per deum Christum/ & sanctum
spiritum/ & per maiestatem imperatoris: que km deuz
generi humano diligenda est/ & colenda. Nam quom
imperator/ Augusti nomen accepit/ tanq̄ presenti &
corporali deo fidelis est prestada deuotio: & impeden
dus per uigil famulatus. Deo enim uel priuatus: uel mi
litans seruit. qum fideliter euz diligit: qui deo regnat au
ctore. Iurant autem milites omnia se strenue facturos:
que preceperit imperator. nunq̄ deserturos militiam. nec
mortem recusaturos pro Romana rep.

Quot cohortes sint in una legione.

Item quot milites in una cohorte.

Ciendum est autem in una legione decem co
hortes esse debere. Sed prima cohors reliquas
& numero militu/ & dignitate precedit. Nam
genere: atq; institutione litteraz uiros electissimos que
rit. Hec enim suscipit aquilam: quod precipuu signum
in Romano est semper exercitu/ & totius legionis insi
gne. Hoc imagines imperatorum. Hoc etiam diuina/ et
presentia signa ueneratur. Habet pedites mille centum
quinq;. Equites loricatedos. cxxxii. Et appellatur cohors
militaria que caput est totius legionis ab hac: cum pu
gnandum est/ prima acies incipit ordinari. Secunda
cohors habet pedites. d. lv. Equites loricatedos. lxxvi. & ap
pellatur cohors quinquagenaria. Tertia cohors simili
ter habet pedites. d. lv. Equites. lxxvi. Sed in hac tertia ua
lidiore probari moris est: quia in media acie consistit.

7. si
ma mi
ntaxin
ut pater
facere
sequen
te

Aquila precipuu signu
in romano semp exercitu

Victuris in
cute puncti
milites scr
pti
Sacramet
militie

Decem cohortes
in una leg
ione

Prima cohors
suscipit
aquilam

Cohors
litoris

Cohors

Cohors



cohors . 4 .

cohors . 5 .

cohors . 6 .

cohors . 7 .

prima Acies

imagines . n

secunda acies

quando ma

or . aliquando

minor nume

us armator

in una legio

ne

incipia

tribun' maior

tribun' minor

tribun' unde

Ordinary

Augustales

Flauiales

Aquiliferi

imaginary

Cohors quarta habet pedites . dc . Equites . lxxvi . Cohors quinta habet totidem . Sed strenuos desiderat milites: quia sicut prima in dextro: ita quinta in sinistro ponitur cornu . Hæ quinque cohortes in prima acie ordinantur . Sexta cohors habet pedites . d . lv . Equites . lxxvi . In ipsa quoque enucleati ascribendi sunt iuniores: quia in secunda acie post aquilam: & imagines cohors sexta consistit . Cohors septima habet pedites . d . lv . Equites . lxxvi . Sed & ipsa animosos desiderat uiros: quia in secunda acie consistit media . Octaua totidem animosos uiros . Nona totidem . Cohors decima habet pedites . d . lv . Equites . lxxvi . Et ipsa bonos consuevit accipere bellatores: quia in secunda acie sinistram possidet cornu . His decem cohortibus legio plena fundatur quæ habet peditem sex milia . Equites . dccxxxii . Minor itaque numerus armatorum in una legione esse non debet . Maior autem interdum esse consuevit . Si non tantum una cohortem: sed etiam alias militariis fuerit iussa suscipere .

Nomina & gradus principiorum .

Antiqua ordinatione legionis exposita principium militum / & ut proprio uerbo utar principiorum nomina: ac dignitates semper presentes matriculas indicabo . Tribunus maior per epistolam sacram imperatoris iudicio destinatur . Minor Tribunus prouenit ex labore . Tribunus autem uocatur a tribu: Tribuendoque iure preest enim militibus: quos ex tribu primus Romulus legit . Ordinarii dicuntur: qui in prelio presunt: & primos ordines ducunt . Augustales appellantur: qui ab Augusto ordinariis iuncti sunt . Flauiales item tanquam semper Augustales a diuo Vespasiano sunt legionibus additi . Aquiliferi: qui aquilam ferunt . Imaginary uel imagineri qui imagines imperatoris portant . Optiones ab optando appellati: quia antecedentibus egritudine

Imagines impatoru . signa erant etiam militaria

de
hæc
militu
ri in
ho ipso
capi
te

prepeditis in tanquam adoptati eorum: atque uicarii solent uniuersa curare . Signiferi: qui signa portant: quos nunc draconarios uocant . Tessarii: qui tessaram per contubernia militum nuntiant . Tessera autem dicitur preceptum ducis: quo uel ad aliquod opus: uel bellum mouetur exercitus . Campigeni: hoc est antesignarii ideo sic nominati sunt: quia eorum opera: atque uirtute exercitii genus crescit in campo . Metatores: qui precedentes locum eligunt castris . Beneficarii ab eo appellati: quia promouentur beneficio tribunorum . Librarii ab eo appellantur: quia in libris referant rationes ad milites pertinentes . Tubicines . Cornicines . & Buccinator es: qui tuba: uel creto cornu: uel buccina committere solent prelium . Armature duplares: quæ binas consequuntur annonas . Simplares: quæ singulas . Mensores: qui in castris ad podium demetiuntur loca: in quibus tentoria milites figant . uel hospitia in ciuitatibus prestent . Torquati simplares . Torquati duplares: quibus aureus solidus uirtutis premium fuit: quem qui meruisset preter laudem interdum duplas consequeretur annonas . Duplares duas simplares unam semper consequerentur annonam . Candidati hi sunt milites principales: qui priuilegijs muniuntur . Reliqui Munifices appellantur: quia propter munera facere militiam coguntur .

Nomina eorum: qui antiquos ordines ducebant .

Et ut tamen consuetudo tenuit: ut ex primo principe legionis premeretur centurio primi pyli: qui non solum aqle preerat: uerum etiam quatuor centurias: hoc est . cccc . milites gubernabat in prima acie . hic tanquam caput totius legionis merita consequeretur & comoda

Aureus solidus

ut prim
hæc
dicitur pau
lo post ut
in prim' pri
re

Signiferi
Draconarij
Tessarij
Tessera q
Campigeni
Antesigna
Metatores
Beneficarij
Librarij
Tubicini
Cornicines
Buccinator
Duplares
Simplares
Mensores
Torquati
Torquati . D
Candidati
Munifices

Primipili
centurio



Ducentarius

Princeps primae cohortis

Secundus hastatus

Manus prior

Centuriones centenarii

Decani

Caput contubernii

Magistri militum

Praefectus legionis

Item primus hastatus duas centurias id est .cc. homines ducebat in acie secunda/ quem nunc ducentarium uocant. Princeps autem primae cohortis centuriam/ & semis: hoc est .cl. homines gubernabat: ad quem in legione prope omnia: quae ordinanda sunt/ pertinent. Item secundus hastatus centuriam/ & semis id est .cl. homines gubernabat. Manus prior centum homines gubernabat. Sic .x. centuriae cohortis primae a quinque ordinariis regebantur: quibus magnae utilitates: & magnus honor est a ueteribus constitutus: ut ceteri milites ex tota legione omni labore/ ac deuotione contenderent ad tanta praemia peruenire. Erant etiam centuriones: qui singulas curabant centurias: qui nunc centenarii nominantur. Erant decani: qui decem militibus praepositi nunc caput contubernii uocantur. Secunda cohors habebat centuriones quinque. similiter tertia. Quarta usque ad decimam cohortem. In tota autem legione erant centuriones quinquaginta quinque.

De officio Praefecti Legionis.

Eed legati imperatoris ex consulibus ad exercitus mittebantur: quibus legiones: & auxilia uniuersa obtemperabant in ordinatione pacis uel necessitate bellorum. In quorum loco nunc illustres uiros constat magistros militum substitutos: a quibus non tantum binae legiones: sed etiam plures numero gubernantur. Proprius autem iudex erat praefectus legionis habens continue primi ordinis dignitatem: qui ab ipse legato/ tanquam uicarius ipsius potestatem maximam retinebat. Tribuni: uel centuriones: ceterique milites eius praecipua seruabant. Vigiliarum: siue profectionis tessera ab eodem petebatur. Si Miles crimen aliquod admi-

lisset/ auctoritate praefecti legionis a tribuno deputabatur ad poenam: Arma omnium militum. Item uestes/ equi-annonae ad curam ipsius pertinebat. Discipline ius & seueritas exercitus non solum peditum: sed etiam equitum legionariorum praecipuo eius quotidie curabatur. Ipse autem custos diligens: & sobrius legionem sibi credita in assiduus operibus ad omnem deuotionem deformat/ & industriam/ sciens ad praefecti laudem subiectorum redundare uirtutem.

De officio Praefecti castrorum.

Rat etiam castrorum praefectus: licet inferior dignitate/ occupatus tamen non mediocribus causis: ad quem castrorum positio/ ualli: & fossae destinatio pertinebat: tabernacula uel caesae militum cum impedimentis omnibus nutu ipsius curabantur. Praeterea aegri contubernales: & medici: a quibus curabantur expensae etiam ad eius industriam pertinebant. Vehicula: lagictarii: necnon etiam ferramenta: quibus materies secatur: uel ceditur: quibusque aperiuntur fossae circa situm ualli. & aquae ductus. Item ligna: uel stramina/ arietes/ onagri/ balistae: ceteraque genera tormentorum ne deessent aliquando/ procurabat. Hic post legem probatamque militiam peritissimus omnium legebatur: ut recte doceret alios: quod ipse cum laude fecisset.

De officio Praefecti fabrorum.

Abet praeterea legio fabros. Tignarios: Instructores. Carpentarios. Ferrarios. Pictores. reliquosque artifices ad hybernorum aedificia fabricanda: ad machinas: turreseque ligneas: ceteraque: quibus uel oppugnantur aduersariorum ciuitates: uel defenduntur proprie praeparatos. etiam qui arma: uehicula: ceteraque genera tormentorum uel noua facerent: uel quassata repararent. Habebant fabricas scutarias. loricarias. arcua-



bellicosos loricanos transuersis cassidum cristis litteras habebant ut facilius noscerentur quos singulas iusserunt gubernare centurias: quatenus nullus error existeret: cum centum milites sequerentur non solum vexillum suum: sed etiam centurionem: qui signum habebat in galea. Sursum ipse centurie in contubernia diuisi sunt: ut .x. militibus sub uno papilione degentibus unus quasi praeslet decanus: qui caput contubernii nominatur. Contubernium autem manipulus uocabatur ab eo quod coniunctis manibus puer dimicabat.

De Turmis equitum legionariorum.

Uemadmodum inter pedites centuria: uel manipulus appellatur. Ita inter equites turma dicitur. Et habet una turma equites .xxi. xii. Huic qui praeslet decurio nominatur. Ceterum enim pedites ab uno centurione sub uno uexillo gubernantur. Similiter .xxxii. eques ab uno decurione sub uno uexillo reguntur. Praeterea sicut centurio eligendus est magnis uiribus. procerata statura: qui hastas: uel missilia perite iaculetur: & fortiter. Qui dimicare gladio: & scutum rotare doctissime nouerit. Qui omnem artem didicerit armaturae. uigilans. sobrius. agilis. magis ad facienda: quae ei impantur: quam ad loquendum paratus. contubernales suos ad disciplinam retineat: & ad armorum exercitium cogat: ut bene uestiti: & calciati sint: ut arma omnium defricentur: ac splendeant. Similiter eligendus est decurio: qui turmae equitum preponatur in primis habili corpore: ut lorica tus: & armis circumdatus omnibus cum summa admiratione: equum ascendere possit. equitare fortissime. contoscier uti. sagittas doctissime mittere. turmales suos. i. eques sub cura sua positos erudire ad omnia: quae equestris pugna deposcit. eosdem cogere. Loricas suas: uel catafractas contos: & cassides frequenter tergere: & curare. Plurimum. n. terroris hostibus armorum splendor importat

Contuberni
centuriarii
Contuberni
Manipulus
Turma
Decurio

rias: in quibus sagittae/missilia cassides/omniaque armorum genera formabatur. Haec enim erat cura praecipua ut quicquid exercitui necessarium uidebatur: nunquam deesset in castris usque eo: ut etiam cuniculares haberent: quae ad morem bellicorum ducto sub terris cuniculo: murisque intra fundamenta per fossas: inprovisi se emergerent ad urbes hostium capiendas. Horum iudex proprius erat praefectus fabrorum.

De officio tribuni militum.

Ecce cohortes habere diximus legiones. Sed prima erat militaria. in qua censu. genere. litteris. forma. uirtute polentes milites mittebantur. Huic Tribunnus praerat armorum scientia. uirtute corporis. morum honestate praecipuus. Reliquae cohortes: prout principi placuisset / a tribunnis / uel a prepositis regebantur. Tanta autem seruabatur exercendi milites cura: ut non solum tribuni: uel prepositi contubernales sibi creditos sub oculis suis iuberent quotidie meditari. Sed etiam ipsi armorum arte perfecti ceteros ad dimicationem proprio cohortarentur exemplo. Tribuni autem sollicitudo per hanc laudatur industria: cum miles ueste nitidus: armis bene munitus / ac fulgens / exercitui usque: & disciplina eruditus incedit.

De centuriis atque uexillis.

Rimum signum totius legionis est aquila: quam Aquilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes a Draconariis feruntur ad praelium. Sed antiqui quia sciebant in acie commisso bello celeriter ordines: aciesque turbari: atque confundi: ne hoc posset accidere cohortes in centurias diuiserunt & singulis centuriis singula uexilla constituerunt: ita ut ex qua cohorte / uel quota esset centuria in illo uexillo litteris esset scriptum: quod intuentes uel legentes milites in quouis tumultu a contubernalibus suis aberrare non possent. Centuriones insuper: qui nunc centenarii uocantur / nimiumque

Cuniculares
qui cuniculos facerent

prima cohors
militaria

Aquila
Dracones

centuriones
centenarii



Quis credat militem bellicosum: cuius dissimulatōem
liu/ac rubigine arma foedantur. Non solum autem eq
tes: sed etiam ipsos equos assiduo labore conuenit edo
mari. Itaq; ad decurionem & sanitatis: & exercitationis
tam hominum: q; equorum pertinet cura.

Quemadmodum legiones: & acies instruantur.

Vnc qualiter instruenda sit acies: si pugna im/
mineat/declaretur unius legiōis exemplo. Qd
si usus exegerit. possit transferri ad plures legi/
ones. Equites locantur in cornibus. Acies peditum pri
ma cohorte incipit ordinari in cornu dextro. Huic co
hors secunda coniungitur. Terti cohors in media acie
collocatur. Huic annectitur quarta. Quinta uero co/
hors sinistrum suscipit cornu: sed ante signa: & circa si/
gna. Necnon etiam prima acie dimicantes principes
uocabantur: hoc est ordinarii: ceteriq; principales. Hęc
erat grauis armatura: quę habebant cassides/ catafractas
ocreas/ scuta/ gladios maiores: quos spatas uocant. & ali
os minores/ quos hemispatas uocat. plumbatas: quinas
positas in scutis: quas primo impetu iaciunt. Item bina
missilia: unum maius ferro triangulo unciarum. ix. ba
stile pedum. v. & semis: quod pylum uocabant. nūc spi
culum dicitur: ad cuius ictum exercebantur precipue
milites: quod arte: & uirtute directum: & scutatos pedi/
tes: & loricatedos equites sepe trāsuerberat. Aliud minus
ferro triangulo unciarum. v. bastili pedum trium: & se
mis: quod tunc uerriculum: nunc uerutum dicitur. Pri
ma acies principum. Secunda hastatorum armis tali/
bus docetur instructa. Post hos erant ferentarii & leuis
armatura: quos nunc exultatores: & armaturas dicimus
Scutati: qui plumbatis uel gladiis: & missilibus accincti
sunt: sicut nunc omnes prope milites uidentur/ armati
erant. Item sagictarii erant cassibus/ catafractis: & gladi

Principes
Ordinarii

Spatas

Hemispata

Plumbatae

Pylum

Spiculu

Verriculu

Verutu

Exultatores

Armaturae

is sagictis: & arcibus. Erant funditores: qui ad fundas
uel fustibalos lapides iaciebant. Erant tragularii: qui ad
manum balistis uel arcubalistis dirigebant sagictas: Se
cunda acies similiter armabatur: in qua cōsistentes mi/
lites hastati uocabantur. Sed in scōda acie dextro cornu
cohors sexta ponebatur: cui iūgebatur septima. octaua
cohors mediā aciē tenebat. Nona comitante. Decima
cohors in secunda acie sinistrū semp obtinet cornu.

Qualiter Triarii: uel centuriones armentur.

Est omnes autem acies Triarii cum scutis. ca
taphractis: & galeis/ ocreati cum gladiis. semi
spatis plumbatis & binis missilibus locabantur
qui genu posito subsidebant: ut si prima acies uincere/
tur ab iis: quasi de integro reparata pugna possit repara
re uictoriā. Omnes autem signarii: uel signiferi/ quos pe
dites loricas minores accipiebant/ & galeas ad terrores
hostiū ut sinis pellibus tectas: Centuriones uero habe
bant cataphractas scuta & galeas ferreas. sed transuersis
& argentatis cristis: ut facilius agnoscerentur a suis.

Commissa pugna grauem armatu
ram stare pro muro.

Illud autem sciendum est: & modis omnibus
retinendum. Commisso bello prima: ac secun
da acies stabat immota. Triarii quoq; reside
bant. Ferentarii autem armaturę scutatores/ sagictarii.
fundiores. hoc est leuis armatura aduersarios prouo/
cabant ante aciem precedentes. Si hostes fugare pote
rant sequebantur. Si eorum uirtute: ac multitudine pre
mebantur: reuertebantur ad suos: & stabāt post eos. Ex
cipiebat autem prelium grauis armatura: & quę tanq̃
murus: ut ita dicam ferreus stabat. & non solum missi
libus: sed etiam gladiis cōminus dimicabant. Et si ho
stes fugassent: non sequebatur grauis armatura: nec aci

1^u
Tragularii



em suam: ordinationemq; turbaret. & ad dispersos re/
currerent hostes incōpositos opprimerent. Sed leuis
armatura cum funditoribus/sagictariis:& equitibus/fu/
gientes sequebatur irrimicos. Hac dispositione: atq; cau/
tela sine periculo legio uincebat: aut lupata seruabatur
incolumis: q; legionis ius est facile: nec fugere nec seq;

Nomina militum: & gradus in scutis eorum
aduersis scribenda.

s Ed ne milites aliunde in tumultu prelii a suis
contubernalibus aberrarent/ diuersis cohorti/
bus diuersa in scutis signa pingebant: que ipsi
nominant idiomata sicut etiam nunc moris est fie/
ri. Preterea in aduerso scuto uniuscuiusq; militis erat lit/
teris nomen ascriptum/ addito & ex qua esset cohorte:
quaue centuria. Ex his igitur apparet legionem bene in/
structam/ quasi munitissimam esse ciuitatem: que om/
nia prelio necessaria secum ubiq; portaret: nec metue/
ret repetitū hostiū supuentū: que etiā in mediis capis
subito fossa se: ualloq; muniret: que omne genus militū
contineret: & armorum. Si quis igitur pugna publica su/
perare barbaros cupit: ut diuinitatis nutu/ dispositione
imperatoris inuicti reparentur / ex tyronibus legiones
uotis omnibus petat. Intra breue autem temporis spa/
cium iuniores diligenter electi: & exercitati quoti/
die non solum mane: sed etiam post meridiem omni
armorum disciplina: uel arte bellandi ueteres illos mili/
tes: qui orbem terrarum integrum subegerant facile co/
equabāt. Nec moueat cesar tua maiestas q; olim est cō/
suetudo mutata que nocuit. Sed huius felicitatis: ac pro/
uisionis est perennitas tua: ut pro salute reip. & noua ex/
cogitet: & antiqua restituat. Omne opus difficile uide/
tur anteq; tentes. Ceterum si exercitati: & prudentes uiri
delectui preponantur: celeriter manus bellis apta poterit

Idiomata

20
aggregari: & diligenter institui. Quod uis enim effici
et solertia: si competentes non denegentur expense.

Preter corporis robur/ notarum: & compu/
tandi artem in tyronibus eligendam.

s Ed quoniam in legionibus plures schole sunt:
que litteratos milites querunt & ab iis: qui tyro/
nes probant: In omnibus quidem staturę ma/
gnitudines. corporis robur. alacritatem animi conuenit
explorari: Sed in quibusdam notarum peritia calculan/
di: computandiq; usus exigitur. Totius enim legionis
ratio siue obsequiorum: siue militarium numerorum. si/
ue pecunie quotidie ascribitur actis/ maiore prope dili/
gentia: q; res annonaria: uel ciuilibus libris annotatur. quo/
tidianas etiam in pace uigilias. Item excubium: siue an/
garias de omnibus centuriis: & contuberniis: que uicif/
lim milites faciunt: ut ne quis contra iusticiam pregra/
uetur: aut alicui prestetur immunitas. Nomina eorum
qui uices suas fecerunt breuibus inferuntur: quando q;
cōmeatum accepit. uel quot dierum annotatur in bre/
uibus. Tunc enim difficile commeatus dabatur: nisi ca/
sis iustissimis approbatis. nec aliquibus milites instituti
deputabantur obsequiis. Nec priuata eisdem negocia
mandabantur. Siquidem incongruum uidebatur impe/
rator militem: qui ueste: & annona publica pascebatur
utilibus uacare priuatis ad obsequia tamen iudicum:
uel tribunorum: nec non etiam principalium deputabā/
tur milites: qui uocabantur Accensi: hoc est postea addi/
ti: q; fuisset legio completa: quos nunc supernumerarios
uocant. fascicularia tamen id est lignum. focum. aqua
stramen. etiam legitimi milites in castra portabant. Mu/
nifices enim ab eo appellatur: q; hec omnia munera
faciunt.

Accensi

Supernumerarij

Munifici

*Legitimi
militis a
differenti
accessorii*

Donatiuū

castrense pe
culiū

Donatiui debent partem dimidiam apud si
gna sequestrare militibus seruandam.
i Lud uero ab antiquis diuinitus institutum est: ut
ex donatiuo: quod milites consequuntur dimi
dia pars sequestraretur apud signa. & ibidem
ipsis militibus seruaretur: ne a contubernalibus possit af
sumi per luxum. & inanium rerum corporatiōem. Ple
riq; enim homines: & pauperes precipue tantū erogāt:
q̄tum habere potuerunt. Sepositio autem ista pecunie
primum ipsis contubernalibus docetur accommodata
Nam cuz publica sustentetur annona: ex omnibus do
natiuis augetur eorum pro medietate castrense peculiū
Miles deinde: qui sumptus suos scit apud signa sua de
positos de deserendo nihil cogitat. magis diligit signa
pro illis in acie fortius dimicat more humani ingenii:
ut pro illis habeat maximam curam: in quibus suā ui
det esse positam substantiam. Deniq; .x. folles: hoc est de
cem sacci per cohortes singulas exponebantur: in quib
us hęc ratio condebatur. Addebatur etiam saccus un
decimus: in quo tota legio particulam aliquam cōfere
bat sepulture. s. causa: ut si quis ex contubernalibus defe
cisset de illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius pro
meretur expensa. Hęc ratio apud signiferos: ut nunc di
cunt in cophino seruabatur. Et ideo signiferi non soluz
fideles: sed etiam litterati hōines eligebantur: qui & ser
uarēt deposita: & scirent singulis reddere rationem.
In legione ita fieri promotiones ut per om
nes cohortes transeant: qui promouentur.
n Non tantum humano consilio: sed etiam diuini
tatis instinctu legiones a Romanis arbitror cō
stitutas: in quibus .x. cohortes ita sunt ordinatę
ut omniū unū corpus: una uideatur esse cōiunctio. Nam
quasi in orbem quendā per diuersas cohortes: & diuer

27
sas scholas promouentur milites ita: ut ex prima cohorte
ad gradū quēpiam promotus uadat ad decimā cohor
tem: & rursus ab ea crescentibus stipendiis cū maiore
gradu per alias recurrat ad primā. Ideo primipyli centu
rio: postq̄ in orbem omnes cohortes per diuersas admi
nistrauerit scholas. In prima cohorte ad hanc peruenit
palmā: in qua ex omni legione infinita cōmoda conse
quatur. Sicut primicerius in officio Prefectorum preto
rioq; ad honestum: questuosumq; militię peruenit fi
nem: ita legionarii equites cohortes suas cōubernii af
fectione uenerantur: Cum naturaliter equites a pediti
bus soleant discrepare. Per hanc ergo contestationem
in legionibus: & omnium cohortum equitū: peditūq;
seruabatur una concordia.

Quid inter tubicines & cornici
nes: & classicum intersit.

b Abet præterea legio tubicines: cornicines: buc
cinatores. Tubicines ad bellum uocant milites
& rursus receptui canentes reuocant. Cornici
nes: & buccinatores erant ornamentum totius legionis
in ingressu conflictu. & eius reditu. Hi quotiens canūt:
non milites: sed signa eorum obtemperāt ad nutum. Er
go quotiens ad aliquod opus exituri sunt soli milites: tu
bicines canunt. & soli milites ad signa eorum obtempe
rant. quotiēs mouenda sunt signa cornicines canūt quo
tiens pugnatur: & tubicines: & cornicines pariter canūt
Classicum item appellatur: quod buccinatores per cor
nu dent. Hoc insigne uidetur imperii: quia classicuz ca
nitur imperatore presente uel cum in militem capitali
ter animaduertitur: quia hoc ex imperatoris legibus fi
eri necesse est. Si uero ad uigilias uel angarias faciēdas
siue ad opus aliqd: uel ad decurione campi exeunt mi
lites tubicine uocante opantur: & rursus tubicine ad

Primipiti cen
turio

Classicū

Angarias



monente cessant. Cum aut mouentur signa: aut iam mo-
ta figenda sunt: cornicines canunt: quod ideo in omni/
bus exercitiis: & pcessionibus custoditur: ut in ipsa pu/
gna facilius obtemperent milites: siue eos pugnare: siue
stare: siue sequi: uel redire preceperint duces. Siquidez
ratio semper manifesta sit in ocio debere fieri: quod ne
cessario faciendum uidetur in prelio.

De exercitatione Militum.

I Egionis ordinatione digesta ad exercitium re/
uertimur. Vnde sicut iam dictum exercitus no-
men accepit. Iuniores quidem / & noui milites
mane: ac post meridiem ad omne genus exercebatur
armoz. Veteres autem: & eruditi sine intermissione se/
mel in die exercebantur in armis. Neq; enim longitu/
do etatis: aut annorum numerus artem bellicam tradit.
Sed continua exercitationis meditatio postq; uoluerat
stipendia in exercitatus miles semper est tyro cum ar/
matura: que festis dieb; exhibetur in exercitio. Idcirco
non tm armaturaz / qui sub campi doctore sunt: sed om-
nes equaliter contubernales quotidiana meditatioe di-
scebant: & corporis uelocitatem. Nam & uelocitas usu
ipso acquiritur corporis: & scientia ferendi hostem:
se; protegendi: presertim si gladiis cominus dimicetur
Illud uero maius est: ut seruare ordines discant: & uexil-
lum suum in tantis permixtionibus in ipsa proluisione
comitentur. Nec inter doctos aliqs error existat: quis in
multitudine sit tanta cofusio. Ad palu quoq; uel iudes iu-
niores exerceri per commodum est: cum latera: uel pe/
des aut caput petere punctim: celimq; condiscant. Sal-
tus quoq; & ictus facere pariter assuescunt. Insurgere tri-
pudiantes in clipeum: rursusq; subsidere. Nunc gesti-
endo prouolare cum saltu: nunc cedentes in terga resili-

Id palu exerce-
ri

22
re. Missilibus etiã palos ipsos procul ferire meditentur:
ut ars dirigendi: & dextre uirtus possit accrescere. Sagic-
tarii uero: uel funditores. scopas: hoc est fructicum: uel
straminum falces pro signo ponebant: ita ut sexcentis
pedibus remouerentur a signo: ut sagictis: uel certe lap-
idibus ex fustibulo, destinatis signum sepius tangerent.
Propterea sine trepidatione in acie faciebant: quod lu-
dentes in campo fecerat. Semper assuescendum est: ut
semel tantum funda super caput rotetur: cum ex ea mit-
titur saxum. Sed & manu sola omnes milites medita-
bantur libraria saxa iactare: qui usus paratior creditur:
quia non desiderat fundam. Missilia quoq; uel pluba-
tas iugiter ppetuoq; exercitio dirigere cogebatur: usq;
uel adeo: ut tpe hyemis: de tegula uel scandulis: que si-
de essent: & certe de canis ulua: uel culmo & porticus
tegeretur ad equites: & quedam uelut basilicę ad pedi-
tes: In quibus tempestate: uel uentis / aere turbato sub te-
cto armis erudiebatur exercitus. Ceteris autem & hy-
bernis diebus: si niues: pluuieq; cessarent / exerceri cog-
bantur in campo: ne intermissa cofuetudine animi mi-
litum debilitarentur & corpora. Siluam cedere. Onera
portare. Fossas transilire. In mari: uel in fluminibus nata-
re. Gradu pleno ambulare / uel etiam armatos cum sar-
cinis suis currere frequentissime conuenit: ut quotidia-
ni laboris usus in pace / difficilis non uideatur in bello.
Siue ergo legio / siue auxilia fuerint / exerceatur assidue
Nam quemadmodum bene exercitatus miles prelium
cupit: ita formidat indoctus. Postremo sciendum est in
pugna usum amplius prodesse: q; uires. Nam si doctri-
na cesset armorum / nihil paganus distet a milite.

Exempla adhortationum & exercitii
militaris de aliis artibus tracta.

Paganus
Miles



a Thleta uenator auriga. ppter exiguā mercedē:
uel certe plebis fauorē quotidiana meditōne
artes suas aut seruare: aut augere cōsuecunt. mi
litem: cuius est manibus seruanda resp. studiosius oportet
sciam dimicandi. usumq; rei bellicę iugibus exerci
tiis custodire: cui contingit nō tm̄ gloriosa uictoria: sed
etiā amplior p̄da: quęq; q̄ ad opes: & dignitatem ordo
militię. & impatoris iudiciū consueuit euehere. Artifi
ces scemici ab exercitiis p̄ laude uulgi nō recedunt. mi
les sacramento lectus ab exercitio armoz uel nouellus
uel uetustus cessare nō dz: cui pugnandū est pro salute
ppria: & libertate cōi/psertim: cum antiq̄ sit prudensq;
sententia omnes artes in meditatione consistere.

Enumeratio ferramentoz/uel machinaz legiois.

Egio aut̄ non tm̄ militū numero: sed etiam genere
ferramentoz uincere cōsueuit. Prmū omnium in
struit iaculis: quę nullę lorice: nulla pnt̄ scuta suf
ferre. Nā per singulas centurias singlas carobalistas h̄re
cōsueuit. qbus multi ad trahendum/ & singula cōtuber
nia ad armandū uel dirigendū: hoc est. xi. hōies depu
tant. Nam hę q̄to maiores fuerint: tanto lōgius ac forti
us tela iaculant. Non solū aut̄ castra defendunt: uerum
etiam in campo post aciē graues armaturę ponunt: an
te quaz impetum nec eqtes loricati: nec pedites scutati
possunt obstare. In una autem legione. lv. Carobaliste
esse solent. Item decem onagri: hoc est singuli per singu
las cohortes in carpentis bobus duobus portantur ar
matis: ut si forte hostes ad pugnandum uenerint: uallo
sagictis: & saxis possint castra defendi. Scaphas quoq;
de singulis trabibus excauatas cum longissimis funibus
inter dum etiam ferreis catenis secum legio portat. qua
tenus contextis eisdē: sicut dicunt monosillis sup̄textis
iniectisq; tabulatis flumia q̄ sine potibus uadari nequnt

tam a peditibus: q̄ ab equitatu sine periculo transeantur.
habeat ferreos harpagones: quos lupos uocant: & falces
ferreas confixas longissimis contis. Item ad fossarum
opera facienda bidentes / ligones palas / rastra alueos /
cophinos: quibus portetur terra. Habet quoq; dotabras
teures ascias. ferras: quibus materia / ac pali dolantur:
atq; secantur. Habet p̄terea artifices cu3 omnibus fer
ramentis: qui ad depugnandas hostium ciuitates / testu
dines / musculos arietes. uineas: ut appellant: turres etiam
ambulatorias faciant. Verum ne singula enumerando
plura dicantur: uniuersa quę in quocunq; belli genere
necessaria esse creduntur / secum legio debet ubiq; por
tare: ut in quouis loco fixerit castra: armata faciat c iuit
tem.

Finis.

Vegetii Rhenati epitomatis de re militari liber
Tertius.

a Thenienses: & Lacedemones: ac Ma
cedonas rerum potitos prisca testantur
annales. Vnde apud Athenienses non
solum bellicę rei: sed etiam diuersaruz
artiu3 uiguit industria. Lacedemoniis
autē fuit p̄cipua cura belloz: Primi
nanq; experimenta pugnaru. de euentibus colligen
tes / artem p̄cliorum scripsisse firmatur. usq; eo: ut rem
militarem: quę uirtute: solaq; felicitate creditur contine
ri / ad disciplinę: p̄itięq; studia reuocarent: ac magistros
armorum: quos tacticos appellauerunt. iuuentutem su
am / usum: uarietatemq; pugnandi p̄ciperent edoceri
O uiros summa admiratione laudandos: qui eam p̄

Harpagone
Lupi
Falces

Sent
Innes artes in
meditatione cō
istere.

Carobalistas

Onagri

Scaphæ

μονοξυλα

Tacticos
magistro
armoru



cipue artem edicere uoluerunt: siue qua alie artes esse non possunt. Horum sequentes instituta Romani mar-
tū operis precepta & usu retinuerunt: & litteris prodide-
runt: que per diuersos auctores: librosq; dispersa Imper-
rator inuicte mediocritate mea abreuiare iussisti: ne
uel fastidium nasceretur ex plurimis: uel magnitudo fi-
dei deesset in paruis. Quantum aut in preliis Lacede-
moniorum doctrina profuerit ut omittam cetera Xan-
tippi declaratur exemplo: qui Attilium Regulum Ro-
manumq; exercitum sepe uictorem cum Carthaginen-
sibus non uirtute: sed artis solo fere auxilio prostratis
exercitibus cepit: ac domuit: unoq; congressu triumphans
bellum omne confecit. Nec minus Hannibal petiturus
Italiam Lacedemonium doctorem quesuit armorū
cuius monitis tot consules: tantaq; legiones inferior nu-
mero: ac uiribus interemit. Ergo qui desiderat pacem
preparat bellum. Qui uictoriam cupit: milites imbuat
diligenter. Qui secundos optat euentus: dimicet arte:
non casu. Nemo puocare: nemo audet offendere: quez
intelligit superiorem esse pugnaturum.

Hęc continet Tertius liber.

Regule bellorum generales.
Quis modus esse debeat exercitus.
Quemadmodum sanitas gubernetur exercitus.
Quanta cura prouidenda sunt: atq; seruanda pabula;
uel frumenta.
Quemadmodum oporteat prouidere: ne seditionem
milites faciant.
Signorum militarium quot sint genera.
Quanta sit seruanda cautela cum uicinis hostibus mo-
uetur exercitus.

24
Quemadmodum flumina: que maiora sunt transe-
antur.

Quemadmodum castra debeant ordinari.

Que & quanta considerata sunt: ut intelligatur utrū/
superuentibus / & insidiis / an publico debeat in ar-
te conflagri.

Quid fieri oporteat: si quis desuetum a pugna exercitū
habeat: uel tyronem.

Que ipso die agantur: uel procuranda sint: cum publi-
ca committitur pugna.

Inuestigandum quid sentiant milites pugnaturi.

Quemadmodum locus idoneus eligatur ad pugnam.

Quemadmodum acies debeat ordinari: ut in conflictu
reddatur inuicta.

Ratio podismi quantum spacium inter singulos homi-
nes in longum: uel inter singulos ordines debeat cu-
stodiri in latum.

De equitibus ordinandis.

De subsidiis: que post aciem collocantur.

In quo loco primus dux stare debeat. In quo secundus
in quo tertius.

Quibus remediis uirtuti uel dolis hostium resistatur
in acie.

Quot generibus pugna publica committatur. Et quo-
modo etiam qui inferior est numero & uiribus ualeat
obtinere uictoriam.

Viam abscedendi hostibus dandam: ut deleantur faci-
lius fugientes.

Quemadmodum recedatur ab hostibus: si consilium
pugne displiceat.

De camelis: & cataphractis equitibus.

Quomodo quadrigis falcatis: uel elephatis in acie pos-
sit obsisti.

Qui desiderat
pacem prepara-
et bellum



Quid fieri debeat: si uel pars fugerit: uel totus exerci-
tus.
Regulę bellorum generales.

Qui modus debeat esse exercitus.

Rimus liber tyronum delectum: exercitiumq;
deprompsit. Sequens legionis institutionem:
disciplinamq; edocuit militarem. Hic autem
tertius classicum sonat. Ideo enim illa premissa sunt: ut
hec: in quibus peritia certaminum: & uictorię summa
consistit disciplinę ordine custodito. & intelligerentur
celerius & amplius adiuuarent. Exercitus dicitur tam le-
gionum: q̄ etiam auxiliorum: necnon & equitum ad ge-
rendum bellū multitudo collecta. Hmōi modus a ma-
gistris queritur armorum. Nam cum Xerxis: Darii: &
Mythrydatis: cęterorumq; regum: qui innumerabiles
armauerant populos exemplaria leguntur. euidenter ap-
paret nimium copiosos exercitus magis p̄ propria mul-
titudine: q̄ hostium uirtute depressos. Nam pluribus ca-
sibus subiacet amplior multitudo. In itineribus pro mo-
le sua semper est tardior. In longiore autem agmine eti-
am a paucis superuentum assolet pati. In locis aut aspe-
ris: uel fluminibus transeundi propter impedimentoꝝ
moras sepe decipitur. Pręterea ingenti labore: numero-
sisq; animalibus: equisq; pabula colliguntur. Rei quoq;
frumentarię difficultas: quę in omni est expeditōne ui-
tanda est cito maiores fatigat exercitus. Nam q̄tolibet
studio p̄paretur annona: tanto maturius desit: q̄to plu-
ribus erogatur. Ipsa quoq; aqua nimie multitudini ali-
quando uix sufficit. Qđ si casu acies uerterit tergum:
necesse est multos cadere de multis. & illos qui effuge-
rint: ut semel territos: postea formidare conflictum. Ve-
teres autem qui remedia difficultatum experimētis di-

exercitus qđ

De magnis exer-
citibus. nota

dicerant non tam numerosos: q̄ eruditos armis habere
exercitus uoluerunt. Itaq; in leuibus bellis unam legio-
nem mixtis auxiliis. x. milia peditum: & duo milia eq-
tum crediderunt posse sufficere: quam manum p̄to-
res: uelut minores duces ad expeditionem sepe duce-
bant. Quod si magnę copie hostium ducerentur / cōsu-
laris potestas cum .xx. milibus peditū: & quatuor equi-
tum tanq̄ comes maior mittebatur. Qđ si infinita mul-
tudo de gentibus fortissimis rebellasset: tunc nimia ne-
cessitate cogente duo duces: & duo mittebantur exerci-
tus cum huiusmodi p̄cepto: ut prouiderent: ne quid
reip. detrimenti capiat. Consules ambo: cum in diuer-
sis regionibus contra diuersos hostes annis prope om-
nibus a populo Ro. pugnaretur. Ideo sufficiebāt copie
militum: q̄ utilius iudicabant non tam grandes exerci-
tus habere: q̄ armis instructos / illa ratōe seruata: ne unq̄
amplior multitudo sociorum auxiliarū esset in castris:
q̄ ciuium Romanorum.

Quemadmodum sanitas gubernetur exercitus: .
Vnc quod uel maxime prouidendum est: que
admodum sanitas custodiatur exercitus / admo-
nebo. Hoc est locis. aquis. tempore. medicina.
exercitio. Locis ne in pestilenti regione iuxta morbo-
sas paludes: ne aridis: & sine opacitate arborū / campis
aut collibus: ne sine tentoriis estate milites cōmorentur
Ne tardius egressi & calore solis: & fatigatione itineris
contrabant morbum. Sed potius in estate ad loca coe-
pto itinere destinata perueniāt. Ne seua hyeme iter per
pruinās / ac niues / noctibus faciant: aut lignorum patian-
tur inopiam: aut minor illis uestiū suppetat copia. Nec
sanitati enim nec expeditioni idoneus miles est: qui al-
gere compellitur: nec perniciosus: nec paludosis aquis
utatur exercitus. Nam malę aque potus uenenosi mili-

Prætores
minores d
ces
Consules
maiores
ces
Comes n
ior. no
uulgo c
lege & i
facie se
te

Prouiderent ne qđ res. p.
detrimenti capiat. N.
quo tempore hoc dicebat
& quo p̄sidio adhibito



omnis qui
maiores su
stinet pote
tatem

tibus pestilentiam generant. Iam uero hoc casu egri cō
tuberciales oportunis cibis reficiantur. ac medicorum
arte curentur. Principum: tribunorumq; & ipsius comi
tis: qui maiorem sustinet potestatem iugis queretur di
ligentia. Male enim cum iis agitur: quibus necessitas &
belli incumbit: & morbi. Sed rei militaris piti plus quo
tidiana armorum exercitia ad sanitatem militum puta
uerunt prodesse: q̄ medicos. Itaq; pedites sine intermissi
one hymbribus: uel niuib; sub tecto reliq; diebus ex
erceri uoluerunt in campo. Similiter equites non solum
in planis: sed etiam in abruptis: & fossarum hiatu diffi
cillimis semitis seq; & equos suos exercere iusserunt: ut
nihil iis in necessitate prelii accidere posset incognituz
Ex quo intelligitur q̄tu studiosius armorum arte docen
dus sit semper exercitus: cum ei & laboris consuetudo
in castris sanitatem: & in conflictu possit prestare uicto
riam. Si autumnali: estiuoq; tempore diutius in eisdem
locis multitudo militum consistat: ex contagione aqua
ruz: & odore ipsius foeditatis: uitiatis haustibus & aere
corrupto perniciosissimus nascitur morbus: qui prohi
beri non potest: nisi frequenti mutatione castrorum.

Quanta cura prouidenda sint: atq; seruanda
pabula: & frumenta.

o Rdo postulat: ut de cōmeatu pabuli: frumētūq;
dicatur. Sepius enim penuria: q̄ pugna consu
mit exercitum. & ferro seuior fames est. Verū
reliquis casibus potest in tempore subueniri. & pabula
tio: & annonā in necessitate remedium non habent: ni
si ante condantur. In omni expeditione unum: & maxi
mum consilium est: ut tibi sufficiat uictus: hostes fran
gat inopia. Ante igitur: q̄ bellum inchoetur: de copiis:
expensiq; sit procuratio: quia solers debet esse tractatus
ut pabula frumentum: ceteraq; annonarię species: quas

a puincialibus consuetudo deposcit: maturius exigan
tur: & in opportunis ad rem gerendam: ac munitissimis
locis amplior semp̄ modus: q̄ sufficit: aggregetur. Qd̄
si tributa deficiūt: prerogato auro companda sunt om
nia. Neq; enim diuitiaruz secura possessio est: nisi armo
rum defensione seruetur. Frequenter aut necessitas gel
minatur. & oblidio sepe fit longior: q̄ putaris. Cū aduer
sarii etiam ipsi esurientes circūledere non desinat: quos
fame sperant esse uincendos. Preterea quicq; in pecore
uel quacunq; fruge: uinoq; hostis inferens bellū ad ui
ctū suum poterit occupare: non solū admonitis per edi
cta possessoribus: sed etiā coactis per electos perscruta
tores ad castella idonea: & armatoz firmata psidiis: uel
ad tutissimas conferendū est ciuitates. Vrgendiq; puin
ciales ut ante irruptōem: seq; & sua moenibus cōdant.
Repatio. n. muroz: tormentorumq; omniū ante curan
da est. Nam si semel hostes preueniunt occupatos: me
tu uniuersa turbant. & que ex aliis urbibus petenda sunt
clausis itineribus denegant. Sed fidelis fors eoz custo
dia: & erogatio moderata: sufficere cōsueuit: pro copia
maxie: si ab initio pcurentur. Ceterz sera parsimonia est
tum seruare: cū deficit. In arduis expeditioibus magis p
capita militū: q̄ per dignitates ab antiqs p̄bebantur an
nonę: ita ut post necessitatē eisdem a rep. redderent. by
eme lignoz & pabuli. Estate aquaz uitanda est difficul
tas. Frumenti uero uini & aceti: necnō et salis omni tpe
declinanda est necessitas. Ita ut urbes: atq; castella ab iis
militibus: qui minus prompti inueniūtur in acie armis
sagictis. fustibalis. fundis. balistis. onagrisq; defendant.
Precipueq; cauendū uideat: ne aduersarioz dolo: atq; p/
iuriis decipiat puincialiū incauta simplicitas. Frequen
tius. n. cōventionū: pacisq; simulatio credulis nocere: q̄
arma. Qua ratione famem collecti patiuntur hostes.

Diuitiarz fr
armis nō
tuta possel

Sera parsimonia seruan
qui defici

Pacis simulatio credul
nocuit. seq



dispersi uero crebris superuentibus facile uincuntur.

Quæadmodum oporteat providere: ne milites seditionem faciant.

i Nterdum mouet tumultū ex diuersis locis collectus exercitus. & cum pugnare nolit: irasci se simulat: ut non ducatur ad bellum. Quod ii præcipue faciunt: qui in sedibus ociose: delicateq; uixerunt. Nam asperitate insoliti laboris offensi: quem in expeditione sustinere necesse est. Præterea metuentes præliū qui armorum exercitia declinant: ad huiusmodi præcitantur audaciam: Cui uulneri multiplex medicina conuenit opponi ut dum adhuc separati sunt in sedibus suis: tribunorum: uel uicariorum: necnon etiam principū ad omnem disciplinam arctissima seueritate teneantur. Nihilq; aliud: nisi deuotionem: moderationemq; custodiant: nullis com meatibus uacent. Ad nomen. ad signa obseruare non desinat. Campi cursio: ut ipsi appellant: armorumq; inspectionem assidue faciant. ad sagittas iaciendas. ad missilia dirigenda. ad iactandos lapides funda: uel manu. Ad uectes iactandos pro similitudine gladiatorum: punctim: cæsumq; feriendo: ad armaturæ gestum: multo die usq; ad sudorem frequentissime sunt detinendi. Cursu etiam: & saltu ad transiliendas fossas nihilominus imbuendi: seu mare seu fluuius uicinus est sedibus æstiuo tempore: ad natandum cogendi sunt omnes. Præterea siluam cedere. materiem dolare. iter per dumosa: & abrupta facere. aperire fossam. Occupare aliquem locum. & ne a contubernalibus detrudantur: in scutis inuicem obuiantibus niti. Ita exercitati & eruditi sedibus milites romani siue auxiliares: siue illi legionarii: siue equites fuerint: cum ad expeditionem ex diuersis conuenerint locis: emulatione uirtutis prælium magis necesse habent optare: q̄ ocium. Nemo cogi

27
tat de tumultu: qui fiduciam de arte: uel uiribus gerit. Dux autem debet esse attentus: ut in omnibus legionibus: siue auxiliis: necnon etiam uexillationibus a principibus: uicariis: tribunis: siqui tribulenti: scditiosiq; milites fuerint non pro inuidia suggerentium: sed pro rerum ueritate cognoscat: eosq; cōsilio prudentiori segregandos a castris ad agendum aliquid: quod ipsis uideatur prope optabile: aut castella: urbesq; deputent munitas: atq; seruandas tanta subtilitate: ut cum abiiciuntur: uideantur electi. Nunq̄ enim ad contumaciam pari consensu multitudo prorumpit. Sed incitantur a paucis qui uitiorum: scelorumq; impunitate sperant Ipectare cum plurimis. Quod si fieri medicinam necessitas extrema perluaserit: rectius est more maiorum in auctores criminum uindictari: ut ad omnes metus: ad paucos poena perueniat. Laudabiliores tamen sunt illi duces: quorum exercitum ad modestiam labor: & usus instituit: q̄ illi: quorum milites ad obedientiam suppliciorū formido compellit.

Signorum militarium quot sint genera.


m Vltia quidem sunt ediscenda pugnantibus: atq; obseruanda: siquidem nulla sit negligentie uenia: ubi de salute certatur. Sed inter reliqua nihil magis ad uictoriam proficit: q̄ monitis obtemperare signorum. Nam cum uoce sola inter præliorū tumultus regi multitudo non possit. Et cum pro necessitate rerum plura ex tpe iubenda: atq; facienda sunt: antiquus omnium gentium usus inuenit: quomodo quod solus dux utile iudicasset: per signa totus agnosceret: & sequeretur exercitus. Tria itaq; genera constat esse signorum: Vocalia. Semi uocalia. Muta. Quorum uocalia: & semi uocalia percipiuntur auribus. Muta uero referuntur ad oculos. Vocalia sunt: quæ uoce humana pronuntian/

Nota p̄ communitatibus huiusmodi

Nulla admittitur uenia negligentie ubi de salute certatur.

Signorum tria genera: Vocalia

*Semi uocalia
Muta*



tur sicut in uigiis: & in prelio pro signo dicitur. ut puta uictoria palma uirtus deus nobiscum/ triumphus imperatoris/ & alia quecunq; uoluerint dare ii qui in exercitu habent maximam potestatem. Sciendum est tamen ista uocabula quotidie debere uariari: ne ex usu hostes signum cognoscant: & exploratores inter nostros uersentur impune. Semiuocalia sunt: que per cornua: aut tubam aut buccinam dantur. **Tuba** que directa est/ appellatur. **Buccina**: que in semetipsum ex eo circulo flectitur. **Cornu**: quod ex uris agrestibus/ argento nexum/ temperatum arte/ & spiritu canentis/ flatu emittit auditum. Nam indubitatis per hec sonis agnoscit exercitus: utrum stare: uel progredi: an certe regredi oporteat: utrum longe prosequi fugientes an receptui canere. Muta signa sunt Agle. Dracones. Vexilla. Flamule ruffe. Pinne. Quocunq; enim hec ferri iusserit dux: necesse est signum suum comitantes milites pergant. Sunt & alia signa multa: que dux belli in equis aut indumentis/ & etiam in ipsis armis: ut dignoscatur hostis/ precipit custodiri. Preterea manu aliquid: uel flagello/ more barbarico uel certemota: qua utitur ueste signant. Que omnia in itineribus/ in sedibus/ in omni exercitatione castrensi uniuersi milites & sequi: & intelligere consuescant. Continuus nusus necessarius uidetur in pace eius rei: que in prelio confusione seruanda sit. Item mutum: & commune signum est: quotiens proficiscente turba excitatus puluis ad similitudinem nubium surgit: hostiumq; prodit aduentum. Similiter si diuise copie sint/ per noctem flamme per diem fumus significat locis: quod aliter nuntiarum non potest. Aliunde in castellorum: aut urbium turribus trabes apponuntur: quibus aliquando erectis: aliquando depositis indicant: que geruntur.

q Virem militarem studiosius didicerunt / asserunt plura in itineribus: quam in ipsa acie pericula solere contingere. Nam in conflictu armati sunt omnes amici: & hostes comminus uident / & ad oppugnandum animo ueniunt parati. In itinere autem minus armatus: minusq; attentus est miles/ & superuentus impetu uel fraude repente turbatur. Ideo omni cura: omnique diligentia providere dux debet: ne proficiscentes patiantur incursum. Vel si non facile: ac sine damno repellat illatum. Primum itinera omnium regionum: in quibus bellum geritur/ plenissime debet habere perscripta ita ut locorum interualla non solum passuum numero sed etiam uiarum qualitates perdiscat. Compendia diuerticula. montes. flumina. ad fidem descripta consideret/ usque eo: ut solertiores duces itinera prouintiarum in quibus necessitas geritur non tantum annotata: sed etiam picta habuisse firmentur: ut non solum consilio mentis sed etiam aspectu oculorum uiam profecturis eligerent. Ad hec a prudentioribus: & honoratis: locorumq; gnaris separatim debet uniuersa perquirere & ueritatem colligere de pluribus. Preterea sub periculo eligendarum uiarum duces idoneos: scientesq; percipere: eosq; custodie mancipare/ addita poene contestatione: uel premii. Erunt enim utiles: cum intelligent nec fugiendi sibi copiam superesse: & fidei premium perfidie parata supplicia. Prouidendum est quoque: ut sapientes: exercitumq; querantur: ne duorum: aut trium error discrimen pariat uniuersis. Interdum autem impita rusticas plura permittit. & credit se scire: quod nescit. Sed caute caput est ut ad que loca uel quibus itineribus sit profecturus exercitus ignoretur

Impita rusticas credit se scire quod nescit

ultima ratio
ut minotauri
inter reliqua
signa comitatur

intimetur

Arms ferre
raculi que pre
uidentur

Tutissimum namque in expeditionibus creditur / facienda
nesciri. Ob hoc ueteres minotauri signum habuerunt
in legionibus: ut quemadmodum ille in intimo / & secre-
tissimo labyrintho abditus perhibetur: ita ducis consili-
um semper esset occultum. Securum iter agitur: quod
agendum hostes minime suspicantur. Verum / quia ex-
ploratores atrinsecus missi profectionem suspitionibus
uel oculis deprehendunt / & interdum transfuge prodit-
toresque non desunt / quemadmodum occurri ingruen-
tibus debeat / intimetur. Dux cum agmine exercitus pro-
fecturus / fidelissimos: argutissimosque cum equis proba-
tissimis mittat: qui loca: per que iter faciendum est in pro-
gressu / & a tergo: dextraque: leuaque lustrent: ne aliquas ad-
uersarii moliantur insidias. Tutius autem operantur ex-
ploratores noctibus: quam diebus. Nam quodammodo ip-
se sui proditor inuenitur: cuius speculator fuerit ab aduer-
sariis deprehensus. Primi ergo equites iter arripiant. In-
de pedites. impedimenta. sagittarii. calones. uehiculaque
in medio collocentur ita: ut expedita pars peditum: &
equitum subsequatur. Nam ambulantes interdum qui-
dem a fronte: sed frequenter a tergo superuentus infer-
tur. A lateribus quoque pari armatorum manu impedi-
menta claudenda sunt. Nam insidiatores in alio loco pul-
sant transuerso frequenter incursum. Illud tamen precipue
obseruandum est: ut ea pars: ad quam hostis uenturus
creditur / oppositis: electissimis equitibus: & leui armatu-
ra: necnon etiam peditibus sagittariis muniatur. Quod
si undique funduntur inimici / undique debent esse prepa-
rata subsidia. Ne uero repentinus tumultus amplius no-
ceat: ante comonendi sunt milites: ut parati sint animo:
ut arma in manibus habeant: nec in necessitate subita com-
terantur. Prouisa non solent esse formidini. Antiqui dili-
gentissime precauebant: ne a calonibus interdum uul-

neratis / interdum timetibus / & sagittariis pauefactis cla-
more pugnantibus milites turbarentur: ne dispersi. longi-
us: aut conglobati amplius: quam expedit / impedirent suos:
hostibusque prodesse. Et ideo ad exemplum militum
etiam impedimenta sub quibusdam signis ordinanda
dixerunt. Denique ex ipsis calonibus: quos galearios uo-
cant idoneos ac peritos uel Tegebant: quos non amplius
quam ducentis sagittariis: puerisque prefecerant. iisque uexilla
dabant: ut scirent ad que signa deberent impedimenta
colligere. Si propugnatores ab impedimentis laxamen-
to aliquo diuiduntur ne constipati ledantur in prelio /
ambulante exercitu. ut locorum uarietas aduenit: ita de-
fensionis ratio uariatur. Nam in campis patentibus eq-
tes magis solent impugnare: quam pedites. At uero in locis
siluestribus: uel motosis: siue palustribus / pedestres ma-
gis formidande sunt copie. Illud quoque uitandum: ne per
negligentiam festinantibus aliis: aliis tardius incedenti-
bus interrumpatur acies: aut forte tenuetur. Continuo-
n hostes interpellata peruadunt. Interponendi ergo sunt
exercitatissimi campi ductores / uicarii / uel tribuni: qui
alacriores tardent: & pigrius incedentes accelerare com-
pellant. Nam qui multum precesserint superuentu facto
non tam redire: quam fugere cupiunt. qui uero extremi sunt
deserti a suis uel hostium / & propria desperatione supe-
rantur. Sciendum est etiam: quod aduersarii in his locis: que
sibi oportuna intelligunt subseisis acies occultius collo-
cant: uel aperto Marte impetum faciunt. Sed ne secreta
doceant / ducis prestatu industria: que omnia conuenit
explorare. Deprehensa autem subseissa / si utiliter circum-
ueniatur plus periculi sustinet: qui parabat inferre. Aper-
ta autem uis si prepararetur in montibus altiora loca pre-
missis sunt presidii occupanda: ut cum hostis aduene-
rit reperiatur inferior. Nec audeat obuiare: cum tam a

Calones
Galearii



fronte: q̄ super caput suum cernat armatos. Quod si anguste sint uie: sed non tute: melius est cum securibus: ac dolabris milites & cum labore aperire: q̄ in optimo itinere periculum sustinere. Preterea noscere debemus hostium consuetudinem/ utrum nocte: an incipiente die: an hora reficiendi lapsis superuenire consueuerint. & id uitare: quod illos facturos putamus ex more. Iam uero utrum equitibus/ an peditibus/ utrum funditoribus. utz contatis: an sagittariis amplius ualeant. utrum numero hominum: an armorum munitione precellant/ scire nos conuenit/ & ordinare: quod nobis utile/ illis docetur aduersum. Tractare quoq; per diem: an per nocte; iter expediat inchoare/ que & quanta locorum interualla sint: ad que cupimus properare: ne estate aque penuria ob sit euntibus. ne hyeme difficiles: aut nimie occurrant paludes maioresq; torrentes/ & impedito itinere circumueniatur exercitus. prius q̄ ad destinata perueniat: ut nostra commoditas est sapienrer ista uitare. Vel si aduersariorum imperitia: uel dissimulatio occasionem nobis dederit/ non oportet omitti: sed explorare sollicito. proditores: ac transfugas inuitare: ut quid hostis moliat in presenti: uel in futuro/ possimus agnoscere. Paratisq; equitibus: ac leui armatura ambulantes eosdem: uel pabula: uictumq; querentes improviso terrore decipere.

Quemadmodum flumina que
maiora sunt transeantur.

i N transitu fluuiorum grauis molestia negligentibus frequenter emergit. Nam si qua aqua uiolentior fuerit: aut alueus latior/ impedimenta/ pueros: & ipsos interdum ignauos solet mergere bel

latores. Ergo explorato uado due acies equitum electis animalibus eligentur interuallis competentibus separate: ut per medium pedites: & impedimenta transeant. Nam acies superior impetum aquarum frangit. Inferior: qui rapti: summersiq; fuerint/ colligit: atq; trasponit. At cum altior fluctus nec equitem/ nec peditem patiatur/ si per plana decurrat/ ductis multifariam spargitur fossis. diuisusq; facile transitur. Nauigio uero amnes bastilibus fixis: ac suppositis tabulatis peruii fiunt. uel certe tumultuario opere colligatis inanibus cuppis: additisq; trabibus transitum prebent. Expediti uero equites fasces de canis aridis: uel ulua facere consueuerunt: super quos loricas & arma euidenter imponunt ipsi. Eq; natando transeunt. colligatisq; secum fasces pertrahunt sarcinis. Sed commodius repertum est: ut monoxilos: hoc est paulo latiores scaphas ex singulis trabibus excuatas pro genere ligni/ & subtilitate leuissima carpentis secum portet exercitus/ tabulis pariter: & clauis ferreis preparatis. Itaq; sine mora constructus pons: & cum funibus: qui propterea habendi sunt ut is uinctus/ lapidei arcus soliditatem prestet in tempore. Festinant aduersarii ad transitus fluminum insidias: uel superuentus facere consueuerunt: ob quam necessitatem in utraq; ripa collocantur armata presidia: ne alueo interueniente diuisi opprimantur ab hostibus. Cautius tamen est sudes prefigere: ac sine detrimento: si qua uis illata fuerit/ sustinere. Quod si pons non tantum ad transitum: sed etiam recursum/ et comineatum necessarius fuerit: tunc in utroq; capite percussus latioribus fossis: aggereq; constructo defensores milites accipere debet: a quibus tam diu teneatur: q̄ diu locorum necessitas poscet.

Quemadmodum castra debeant ordinari.

30
Hoc & iulius
cesare in
transitu
rubicom
fecisse ad
dior est
lucanus

Cuppis
uulgo ce
bas

Monoxyl



Statua

Consequens uidetur itineris obseruatione descri-
pta ad castrorum: in quibus manendum est/ ue/
nire romem. Non. n. belli tpe ad Statuam: uel ad
mansionem murata ciuitas semper occurrit & incautus
est: plenumq; discriminis exercitum passim sine aliqua
minutione considerare. Cum militibus ad capiendum ci-
bos occupatis aut munera facienda dispersis facile ne-
ctant insidie. Postremo noctis obscuritas: necessitas som-
ni pascentium equorum dispersio occasionem superuentibus
prestat. In metandis castris non sufficit bonum locum elige-
re: nisi sit locus talis: ut alter eo melior non possit inueniri
ne utilior pretermittitur a nobis: atq; ab aduersariis occu-
patus apportet incommodum. Cauendum quoque ne pesti-
tem aut aqua morbosa in proximo: aut salubris aqua sit
longius. hyeme. ne pabulatio desit aut lignorum copia ne
subitis tempestatibus campus: in quo manendum est/ sole
at innudari. Ne sit in abruptis: ac deuiis & circumsedenti-
bus aduersariis difficilis prestat egressas: ne ex superiori-
bus locis missa ab hostibus in eum tela pueniant: quibus: ut
oportet studiose: cauteq; prouideatis pro necessitate loci uel
quadrata uel rotunda: uel trigona: uel oblonga castra consti-
tues. Nec utilitati preiudicat forma. tamen pulchriora credun-
tur: quibus ultra latitudinis spacium tertia pars longitudini
addit. Ita autem ab agri messoribus podismum melius colligi
oportet: ut ad quietatem concludat exercitus. Nam propugna-
tores angusta constipant. & ultra quam conuenit: latiora diffun-
dunt. Tribus autem modis definiunt fossas muniri posse. Pri-
mum in unius noctis transitum: et itineris occupatores leuiorem
cum sublati cespites circumdant: et aggerem faciunt: supra quem
sudes: uel tribuli lignei per ordinem digerunt. cespes autem cir-
cumcidit ferramentis: quibus herbarum radicibus continet terram. fit al-
tus semisse longus pedem semis latum pedem. quod si terra soluti-
or fuerit: ut ad similitudinem lateris cespes non possit abscindi

Podismus

31
tunc opere tumultuario fossa producitur lata pedes quinque
alta tres: cuius intrinsecus agger excrescit: ut sine metu
securus quiescat exercitus. Statua autem castra estate/
uel hyeme: uel hoste uicino maiore cura: ac labore fir-
mantur. Nam singule centurie diuidentibus campi do-
ctoribus: & principibus accipiunt peditaras & scutis: uel
sarcinis suis in orbem circa propria signa depositis cin-
cti gladio fossam aperiunt / latam aut nouem: aut. xi.
aut. xiii. pedibus. Vel si maior aduersariorum uis metui-
tur pedibus. xviii. Imparem enim numerum obserua-
ri moris est. Tunc sepius positus: uel interpositis stipi-
tibus: ramisque arborum/ ne terra facile dilabatur/ agger
erigitur: super quem ad similitudinem muri pinne/ &
propugnacula componuntur. Opus omne centuriones
per decem pedes metiuntur: ne quis minus foderet: aut
errauerit alicuius ignauia. id tribuni circumueniunt. Nec
ante discedunt: qui strenui sunt: que sint uniuersa perfecta.
Nec tamen aliquis superuentus laborantibus fiat/ om-
nes equites & pars peditum: que non operatur priuile-
gio dignitatis ante fossam armata in procinctu consistat
ut ingruentes repellat inimicos. Prima igitur signa locis
suis intra castra ponuntur. Quia nihil uenerabilius est
maiestate eorum. duci pretorium: eiusque comitibus/ tri-
bunis: & militibus preparantur tabernacula: quibus per
contubernales ad munera deputatos aqua/ lignum/ &
pabula ministrantur. Tunc pro gradu legionibus & au-
xiliaribus: & equitibus & peditibus loca: in quibus pa-
piliones tendant/ deputantur in castris: ac de singulis cen-
turiis: quaterni equites: et quaterni pedites: qui noctibus
excubium faciunt/ eliguntur. Et quia impossibile uide-
batur per totam noctem uigilantes singulos in speculis
permanere: ideo in quatuor partes ad clepsidram sunt
diuise uigilie: ut non amplius: quam tribus horis nocturnis

Statua casti

Numero d
impore g
det

Vigilie n
Etirne
4 partes
ad clepsy-
dra sunt
diuise

Circitores in
vigiliis
circitores

castella di
minutiū
castris

necesse sit uigilare. A tibiçine omnes uigilie committū
tur: & finitis horis a cornicine reuocātur. Idoneos tamē
& probatissimos tribuni eligunt: qui uigilias circumeāt
& renūtient: si qua emerferit culpa: quos circitores ap-
pellabāt. At nunc militiē factus est gradus: & circitores
uocantur. Sciendum est tamen nocturnas uigilias: equi-
tes extra uallum facere debere. Per diem autem castris
positis alii mane: alii post meridiem propter fatigatio-
nem hominum: equorumq; angarias faciunt. Inter præ-
cipua conuenit Ducem providere siue in Castris siue
in Ciuitate consistat: ut animalium pascua: subuectio
frumenti: ceterarumq; specierum/aquatio/lignatio: pa-
bulatio secura reddatur ab hostium incurſu. Quod ali-
ter non potest euenire: nisi per loca idonea: qua nostro-
rum ambulat cōmeatus/præſidie de is ponantur siue il-
le ciuitates sint: siue castella munita. Quod si non repe-
ritur antiqua munitio opportunis locis/circumdata ma-
ioribus fossis. tumultuaria castella firmanur. Nam a ca-
stris diminuto uocabulo castella sunt nuncupata. Inter
quę in angariis aliq̄ti pedites: & equites degentes tutum
iter commeatibus præstant. Difficile enim hostis ad ea
loca audet accedere: in quibus & a fronte: & a tergo no-
uit aduersarios cōmorari.

Quę & quanta consideranda sunt: ut intelli-
gatur utrum superuentibus: & insidiis: an pu-
blico debeat Marte configi:.

q Visquis hos artis bellicę cōmentarios ex pro-
batissimis auctoribus breuiatos legere digna-
bitur q̄primū rationem prælii: pugnandiq; cu-
pit audire præcepta. Sed conflictus publicus duarū: aut
trium horarum certamine diffinitur. Postq̄ eius partis
quę separata fuerit/spes omnis intercidit: ideo omnia
ante cogitanda sunt: ante tentanda: ante facienda: q̄ ad

ultimum ueniatur abruptum. Boni enim duces nō aper-
to Marte prælium: in quo est commune periculum: sed
ex occulto semper attentant. ut integris suis/quātos possunt
hostes interimant certe uel terreāt. In qua parte: quę
necessaria admodum sunt ab antiquis reperta/ perſcri-
bam. Præcipua ars/ & utilitas ducis est: ut adhibitis de
uniuerso exercitu scientibus belli & sapiētibus uiris de
suis/ & copiis hostium sepius tractet. Omni q̄ plurimū
notet adulatione summotā/ utrum maiorem numerum
pugnatorum ipse/ an hostes habeant/ utrum ipsius/ an
aduersariorum homines magis armati sint & muniti:
qui magis exercitati: qui sint in necessitatibus fortiores
Querendum est etiam: utra pars pedites / utra equites
habeat meliores. Sciendumq; in peditibus maxime cō-
sistere robur exercitus. & inter ipsos equites: qui conta-
tis: qui sagittariis antecedant/ qui plures loricas induant
quis utiliores equos adduxerit. Postremo loca ipsa: in
quibus pugnandum est/ utrum inimicis/ an nobis uide-
antur accommoda. Nam si equitatu gaudemus: cam-
pos optare debemus. Si peditibus loca eligere angusta
fossis. paludibus: uel arboribus impedita: & aliquotiens
montosa: cui magis uictus abūdet/ q̄ desit. Nam fames
ut dicitur/ intrinsecus pugnat/ & uincit sepius sine ferro
Maxime autem tractandum est: utrum expediat neces-
sitate protrahi/ an celerius dimicare. Interdum autem
sperat aduersarius in expeditionem cito posse ueniri.
Et si delatus fuerit in longum: aut penuria exercitus ma-
ceratur/ aut desiderio suorum reuocatur ad propria: aut
nihil magnum faciens/ per desperationem abire com-
pellitur. Tunc fracti labore/ ac tedio plurimi deserunt.
aliquanti produnt. aliquanti se tradunt. Quia aduersis
rebus rarior fides est: ut/ nudari incipit: q̄ copiosus ad-
uenerat. Ad rem pertinet nosse/ qualis ipse aduersarius/

In peditibus
robur exer-
citus



uel eius comites sint/utrum temerariū/an cauti/an audaces/an timidi/scientes artem bellicam/an ex usu temere pugnantēs/que gentes cum iis fortes:que ignauę pugnauerint. Nostra auxilia cuius fidei: quarumq; uirium sint: quos illius copię animos: quos noster exercit⁹. que pars sibi magis uictoriam repromittat. Eiusmodi enim cogitationibus uirtus augetur/aut frangitur. Desperantibus autem crescit audacia adhortatione ducis/ & si nihil ipse timere uideatur/crescit animus: si ex insidiis: uel occasione aliqd fortiter fecerit. Si hostibus aduersę res coeperint euenire. Si infirmiores: aut minus armatos ex inimicis potuerit superare. Cauendum quoq; ne dubitantem formidantemq; exercitum ad pugnam publicam aliunde producas. Interest utrum tyrones: an ueteres milites habeas: utrum ante breue tempus in expeditionibus fuerint: an annos aliquot in pace durarint. Nā pro tyronibus accipiendi sunt: qui pugnare longo tempore desierunt. Sed cum legiones: auxilia: uel equites ex diuersis aduenerint locis/dux optimus/ & sepatim omnes per tribunos electos: quorū scitur industria ad omnia genera exercere debet armorum. Et post in unum collectos/ quasi depugnatos conflictu publico/ exercet. Ipse sepius tentabit/ quicquid artis habere possunt quid uirium: quemadmodum sibi consentiant: utrum ad tubarum monita: ad signorum indicia: ad precepta uel nutum suum diligenter obtemperent. Si errant in aliquibus: exerceantur: atq; doceantur/ q̄diu possint esse perfecti. Si uero in campi cursione/ in sagictando/ in iaculando/ in ordinanda acie ad plenum fuerint erudite sic quidem temere occasione captata ad publicam deducendi sunt pugna; sed ante minoribus preliis imbuendi. Dux ita uigilans/ sobrius/ prudens/ tanq̄ de civili causa inter partes iudicaturus/ adhibito consilio de su

33
is: & hostium copiis iudicet. Et si multis rebus superior inuenitur/ oportunum sibi non differat inire conflictum. Si uero aduersarium intelligit potioem/ Certamen publicum uitet. Nam pauciores numero & inferiores uiribus sub bonis ducibus superuentus/ & insidias facientes reportauerunt sepe uictoriam.

Quid fieri oporteat: si quis desuctum a pugna exercitum habeat: uel tyronem.

Mnes artes: omniaq; opera quotidiano usu & iugi exercitatione proficiunt. Quod si in paruis uerum est: q̄to magis decet in maximis custodiri. Quis autem dubitat artem bellicam rebus omnibus esse potioem: per quam libertas retinetur: & dignitas prouincię propagatur: & conseruatur imperium. Hanc quondam Lacedemonii relictis doctrinis omnibus: quod postea consueuerunt Romani. Hanc solam hodie quoq; barbari putant esse seruandam. Cetera omnia aut in hac arte consistere aut per hanc assequi se posse confidunt. Hęc dimicaturis est necessaria: per quam uitam retineant/ & uictoriam consequantur. Dux ergo: cui tantę potestatis insignia tribuuntur: cuius fidei: ac uirtuti possessorum fortunę. tutela urbiū. salus militū/ reip̄. traditur gloria/ non tantum pro uniuerso exercitu/ sed etiam pro singulis contubernalibus debet esse sollicitus. Siquid enim illis eueniat in bello & illius culpa: & publica uidetur iniuria. Ergo si tyronem uel diu armis desuetum ducit/ singularum legionum: siue auxiliorum: necnon etiam uexillationum uires/ animos/ consuetudinem diligenter exploret. Sciat etiam: si potest fieri nominatim quis comes/ quis tribunus: quis domesticus: quis contubernalis: quantum possit in bello: auctoritateq; maximam seueritate sumat. Omnes culpas militares legibus uindictet. Nulli erratium credatur ignosce



re. In diuersis locis ex diuersis occasionibus omnium ex-
 perimenta percipiat. His: ut oportet ita curatis/ cum di-
 sperli ad praedandum securi oberrant hostes: tunc pro-
 batos equites: siue pedites cum tyronibus: aut inferiori-
 bus mittat: ut ex occasione fuis inimicis & illis peritia
 reliquis crescat audacia. Ad transitus fluuiorum. ad pre-
 cipitia montium/ ad siluarum angustiam: ad paludum:
 aut uiarum difficultates/ superuentus nullo sciente dispo-
 nat. atq; iter suum ita temperet: ut aut cibum capientes:
 aut dormientes: aut uacantes certe securos/ inerimes/ dis-
 calciatos/ distractis equis/ nihil suspicantes ipse paratus
 inuadat: quatenus in huiusmodi certaminibus sui fidu-
 ciam colligant. Nam qui ante longum tempus aut om-
 nino nunquam uidere homines uulnerari: aut occidi: cum
 primum aspexerint perhorrescunt/ & pauore confusi/ de
 fuga magis: quam de conflictu incipiunt cogitare. Praeterea
 si excurrant aduersarii/ longo itinere fatigatos aggredia-
 tur/ & ultimus certe uel insperatos superueniat. Eos etiam
 qui longe a suis aut pabuli: aut praedae gratia commoran-
 tur subito occupet cum delectis. Illa enim ante tentanda
 sunt: quae si male cesserint/ minus noceant. Si bene: pluri-
imum prosint. Inter hostes discordiarum serere causas
 sapientis est ducis. Nulla enim quis sit minima natio ci-
 to potest ab aduersariis deleri: nisi seipsam propriis si-
 multatibus consumpserit. Nam si ciuile odium ad ini-
 micorum perniciem praecipit est. ad utilitatem suam defen-
 sionis incautum. Vnum illud in hoc opere praedicandum
est: ut nemo desperet fieri posse: quae facta sunt. Dicat ali-
 quis. multi sunt anni: quibus nulla fossa: uallo: aggereque
 mansurum circumdat exercitum. Respondebitur. si fu-
 isset ista cautela/ nihil diurni: aut nocturni superuentus
 hostium nocere potuissent. Per se imitantes Romanos
 ductis fossis castra constituunt. Et quia arenosa sunt pro-

Optime

Rectissime

pe omnia/ expuluerulenta/ quae effunditur terra/ con-
 plent saccos: quos inanes portauerant: eorumque cumulo
 aggerem faciunt. Omnes barbari carris suis connexis
in orbem ad similitudinem caltrorum/ securas a super-
uenientibus exigunt noctes. Veremur ne discere neque
 animus: quae a nobis alii didicerunt. Haec ex usu librisque di-
 scenda: quae antea seruabatur. Sed omnia diu nemo quae
 fuit: quia ingentibus pacis officiis procul aberat bello
 rum necessitas. Sed ne impossibile uideatur armorum di-
 sciplinam: cuius usus intercidit/ reparari posse/ doceamus
 exemplis. Ars militaris apud ueteres in obliuionem se-
 pius uenit. Sed a libris repetita est. Postea ducum aucto-
 ritate firmata est. Scipio Aethiopicus sub aliis impera-
 toribus Hispanientes exercitus frequenter uictos accepit.
 Hos discipline regula custodita ita exercuit omni
 ope: fossisque faciendis: ut diceret/ fodientes luto inquina-
 ri debere: qui sanguine hostium madere uoluerint. Tu
 ipse denique numantinos sic capta ciuitate superauit: ut nul-
 lus euaserit. Metellus in aethiopia Albino imperante sub
 iugatum accepit exercitus: quem ita emendauit ueteri-
 bus institutis: & disciplina maiorum: ut postea eos: a quibus
 sub iugum missi fuerant/ superarent. Cimbri quoque Ce-
 pionis/ & Manilii: & Syllani legiones inter Gallias dele-
 uerunt: quarum reliquias cum C. Marius suscepisset ita
 erudiuit scientia/ & arte pugnandi ut in mirabilem multi-
 tudinem non solum Cimbrorum: sed etiam Theutonicorum
 & Vgrorum publico Marte deleret. Facilius est autem ad
 uirtute instruere novos milites: quam reuocare perterritos.

*Carris - 1. a
rucus*

*Scipio
Hispanie
exercitu*

*Metellus
Albinus*

Vgrorum

Quae die agantur: uel procuranda sint: cum
 publica committitur pugna.

Remissis leuioribus artibus belli ad publici
 conflictus incertum/ & fatalem diem nationi/
 bus/ ac populis Ratio Militaris disciplinae



inuitat. Nam in euentu aperti martis uictorię magnitu-
do consistit. Hoc ergo tempore tanto magis duces de-
bent esse solliciti: quanto maior speratur diligentibus
gloria/ & maius periculum comitatur ignaros: in quo
momento peritię usus/pugnandi doctrina: consiliumq;
dominatur. Veteribus seculis mos fuit parco cibo cura
tos milites ad certamē educere: ut citatōres sumpta red-
deret: et ca & longiore conflictu nō fatigarentur inedia
Pręterea obseruādum est presentibus hostibus siue ex-
ciuitate/siue ex castris producas ad preliū: ne dum per
angusta portarum particulatim pcedat exercitus a col-
lectis: & preparatis debilitetur inimicis. Ideoq; prouidē-
dum est: ut ante omnes milites egrediātur portas/ & aci-
em prius construant: q̄ hostis adueniat. Quod si intra
ciuitatem manentibus imparatis aduenierint/ aut diffe-
ratur egressus: a ut certe dissimuletur/ ut cum aduersarii
insultare ceperint his: quos non putāt exituros: cum ad
predam aut redeundum conuerterint animum: cum or-
dines soluerint/ tunc illis stupentibus letissimi quiq; pro-
rumpant: & confestim aggrediantur ignaros. Obserua-
tur autem: ne longo spacio fatigentur milites: ne lassos
post cursum equos ad publicum prelium cogas/ multū
uirium labore itineris pugnaturus amittit. Quid faciet:
qui ad aciem anhelus adueniat: hoc & ueteres declina-
uerunt: & superiori etate nostra cum Romani duces p
imperitiam non cauissent: ne quid amplius dicam ex/
exercitus perdiderunt. Impar enim conditio est lassum
cum requieto. Sudantem cum alacri. Currentem cum
eo/ qui steterit/ inire conflictum.

Inuestigandum quid sentiant mi-
lites pugnaturi.

i Psa die: qua certaturi sunt milites/ quid sentiant
diligenter cōuenit explorare. Nam fiducia: uel

35
fortitudo ex uultu: uerbis: incessu/ motibus cernitur: nec
confidas satis: si tyro preliū cupit. In expertis enim dul-
cis est pugna. Et noueris te oportere differre: si exercita-
ti bellatores metuerunt dimicare. Monitis tamen/ & ora-
tione ducis exercitui uirtus accrescit/ & animus: præci-
pue: si futuri certaminis talem acceperint rationem qua
sperent se ad uictoriam peruenturos. Tunc inimicorū
ignauia: uel error ostendendus: uel si ante a nobis supe-
rati sunt/ commemorādum. Dicenda etiam/ quibus mi-
lituz mentes odio aduersarioz in iram/ indignatōemq;
moueantur. Animis pene omnium hōim hoc naturali-
ter euenit: ut trepident: cum ad conflictum uenerint. Si
ne dubio aut formidolosiores sunt: quoꝝ mentes ipse
confundit aspectus. Sed hoc remedio formido lenitur.
Si ante q̄ dimices/ frequenter exercitum tuum locis tuti-
oribus ordines: unde & uidere hostem: & cognoscere
consuescant. Interdū audeant aliquid ex occasione aut
fugent/ aut interimant. Inimicorum mores. aduersarioꝝ
arma/ & equites recognoscant. Nam/ quę ex usu sunt/
non timentur.

Quęadmodū locus idoneus eligatur ad pugna.

b Onum ducem conuenit noscere magna parteꝝ
uictorię. ipm locū: in quo dimicandū est/ possi-
dere. Elabora ergo: ut conferturus manum pri-
mum auxilium capias ex loco: qui tanto utilior iudica-
tur: q̄to superior fuerit occupatus. In subiectos. n. uebe-
mentius tela descendunt. & maiore impetu obnitentes
pars altior pellit. Qui aduerso nititur cliuo/ duplex sub-
it & cum hoste: & loco certamen. Sed illa distantia est
q̄ si de peditibus tuis uictoriam speras contra aduersari-
orum equites. loca aspera/ inequalia: montuosa debes
eligere. Si uero de equitibus tuis contra aduersariorum
pedites uictoriā queris: sequi debetis paulo q̄dem editi



ora loca: sed plana: atq; patentia: hec siluis: neq; paludibus impedita.

Quemadmodum acies debeat ordinari/ ut in conflictu reddatur inuicta.

Ordinaturus aciem tria debet ante prospicere: Solem: Puluerem: & Ventum. Nam sol ante faciem eripit uisum. Ventus contrarius tua inflat: ac deprimit: hostium adiuuat tela. Puluis a fronte congestus oculos implet: & claudit. Hec momento eo quo acies ordinatur etiam imperiti uitare solent. Sed duci prouido cauendum est in futurum. ne post paulum accedente die noceat solis mutata conuersio. Nec uentus aduersus hora solita eo pugnante nascatur. Ita ergo constituantur ordines: ut hec post occiput nostrum sint. Et si potest fieri/ aduersariorum impetant faciem. Acies dicitur exercitus instructus: frontis cuius aduersum hostes spectat. Hec in publica pugna si sapienter disponitur: plurimum iuuat. Si imperite quamuis optimi bellatores sint/ mala ordinatione franguntur. Instructiois lex est: ut in primo exercitati & ueteres collocentur milites quos antea principes uocabant. In secundo ordine circumdati cathafractis sagittarii: & optimi milites cum spiculis: uel lanceis ordinentur: quos prius hastatos uocabant. Singuli autem armati in directum ternos pedes inter se occupare consueuerunt. hoc est in mille passibus sexcentis sexaginta sex pedites ordinantur in longum: ut nec acies interluceat: & spatium sit arma tractandi. Inter ordinem & ordinem a tergo in latum sex pedes distare uoluerunt: ut haberent pugnatores spatium accedendi: atq; recedendi. Vehementius enim cum saltu: & cursu tela mittuntur. In ordinibus his duobus & etate



quo pacto
ordinanda
acies

Principes
Hastati

36
maturi/ & usu confidentes: & muniti etiam grauioribus armis collocantur. Hi enim ad inuicem muri nec cedere/ nec sequi aliquando cogendi sunt: ne ordines turbent: sed uenientes aduersarios excipere: & stando: pugnandoq; repellere: uel fugare. Tertius ordo disponitur de armaturis leuissimis/ de sagittariis iuuenibus: de bonis iaculatoribus: quos antea feretarios uocabant. Quartus item ordo constituitur/ de scutatis expeditissimis: de sagittariis iunioribus: de iis: qui acriter uerutis: uel martiobarbolicis: quas plumbatas uocant/ dimicant qui dicebantur leuis armatura. Sciendum ergo est stantibus duobus primis ordinibus. Tertium: & Quartum ordines cum missilibus/ & sagittis primo loco semper exire. quod si hostes in fugam uertere potuerint/ ipsi cum equitibus persequuntur. Si uero ab hostibus pulsi fuerint: redeunt ad primam & secundam aciem. & inter ipsos recipiunt se ad loca sua. Prima autem / & secunda acies: cum ad spatia & ad pila: ut dicitur uentum fuerit: totum sustinet bellum. In quarta acie ponebantur interdum carobalistic: manubalistarii: fundibulatores: funditores. Fundibulatores sunt: qui fustibus lapides iaciunt. Fustibus est fustis longus: pedibus quatuor: cui per medium ligatur funda de corio: & utraq; manu impulsus prope instar onagri dirigit saxa. Funditores sunt: qui fundis utuntur lino/ uel setis factis. Has enim dicunt esse meliores: cum torto circa caput brachio dirigunt saxa: quibus scuta decerant siue lapidibus manu iactis/ siue missilibus in hoc ordine dimicabant. Quos accessos/ tanquam iuniores/ & postea additos nominabant. Sextus ordo post omnes firmis/ & scutatis: & omni genere armorum munitis bellatoribus tenebantur: quos antiqui triarios uocabant. Hi/ ut requieti/ & integri uehementius hostes inuaderent/ post ultimas acies sedere consueuerunt

Feretarii

Leuis armatura

Fundibulatores

Fustibulatores

Funditores

Accessos

Additos

Triarii



Si quid enim primis ordinibus accidisset / de eorum uiribus reparationis spes tota pendeat.

Ratio podismi quantum spaciuz inter singulos homines in longum / uel inter singulos ordines custodiri debeat in latum.

Podismus
e Xplanato autem / qualiter debeat instrui acies nunc podismū: mensuramque ipsius ordinatiōis exponā: In mille passibus campi una acies mille sexcentos sexaginta sex suscipit pedites / propterea: quia singuli bellatores ternos occupant pedes. Quod si sex acies in mille passibus campi ordinare uolueris nonaginta sex pedites sunt necessarii. Si autem internos ordines ultra hunc numerum uolueris tendere: duo milia passuum comprehendes. Sed melius est plures acies facere: quam milites spargere. Senos autem pedes a tergo in latum diximus debere patere. et ipsi bellatores stantes singulos obtinent pedes. ideoque si sex acies ordinabis / quae draginta / & duos pedes in latum / & mille passus in longum. & .x. hominum tenebit exercitus. Si autem interno uolueris .xx. & unum pedes in latum & duo milia passuum in longum decem milium tenebit exercitus. Ad hanc rationem siue uiginti milia / siue triginta peditum fuerint iuxta mensuram podismi sine aliqua difficultate poterunt ordinari. Nec dux fallitur / cum sciat qui locus quos possit cape armatos. Denique si angustior locus sit ne multitudo possit sufficere / iam inde nouem: uel amplius ordinari acies conuenit. Magis enim conuenit: ut conferti pugnent: quam longius separati a suis. Nam si nimium fuerit attenuata acies / cito aduersariis facta impressione dirumpitur: & nullum postea poterit esse remedium. Qui autem numeri in dextro cornu: qui in sinistro: qui in medio debeant ordinari / uel iuxta dignitates eorum seruetur ex more: uel certe pro qualitate hostium commutentur.

De equitibus ordinandis.

37
c Onstructa acie peditum / equites ponuntur in cornibus ita ut loricati omnes: & contati iuncti sint peditibus. Sagittarii autem: uel qui loricas non habent longius euagentur. A fortioribus namque equitibus peditum protegenda sunt latera & a uelocioribus atque ex peditibus hostium cornua supfundenda sunt: atque turbanda. Scire debet dux / contra quos drumos: hoc est globos hostium quos eques oporteat poni. Nam nescio qua occulta ratione / immo pene diuina alii contra alios dimicant melius. & qui fortiores uicerant ab inferioribus sepe uincuntur. Quod si equites impares fuerint more ueterum uelocissimi cum scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati eisdem miscendi sunt: quos explicitos uelites nominabant. Quo facto quis fortissimi equites uenerint: tamen aduersum mixtum agmen pares esse non possunt. Vnum hoc remedium ueteres duces habuisse dicuntur. ut assuefacerent iuuenes currentes egregie & inter binos equites singulos ex his pedites collocarent cum scutis leuioribus: gladiis: atque missilibus.

De subsidiis: quae post aciem collocantur.

s Ed optima ratio est: & ad uictoriam plurimum confert: ut electissimos de peditibus: equitibus: conuicariis: comitibus: tribunisque uacantibus habeat dux post aciem preparatos / alios circa cornua: alios circa medium: ut sicubi hostis uehementer insistit / ne rumpatur acies: prouolent subito: & suppleant loca: additaque uirtute inimicorum si angatur audacia. Hoc primi Lacones inuenerunt. Carthaginenses imitati sunt illos. Romani postea ubique seruauerunt. Hac dispositione nulla melior inuenitur. Nam si directa acies hoc agere debet si potest: ut hostem repellat: aut fundat. Si cuneus est agendus aut forfex / superfluos habere debet post acies: de

Loricati
Contati

Drumos
Calobos

Cuneus
Forfex



Serra

quibus cuneum: uel forficem facias: si copia de proxima
ducenda sit. Serra item ex abundantibus ducitur. Nam
si de loco suo ordinatum militem transfere coeperis
uniuersa turbabis. Si globus hostium superatus aut aliam
tuam: aut partem aliquam urgere coeperit nisi superfluo
s habeas: quos contra globos possis opponere siue pe
dites: siue equites de acie tuleris: dum aliam uis defende
fendere: aliam periculosius denudabis. Quod si bellatorum tibi
copia non abundat: melius est aciem habere breuiorem
dummodo in subsidiis colles plurimos. Nam plures
circa uedias partes campi ex peditibus bene armatis
debes habere lectissimos: de quibus cuneum facias & sta
tim hostium aciem rumpas. Contra cornua autem de coratiss
loricatisque equitibus ad hoc seruatis/et leui armatura pe
ditum alas hostium circumuenire te conuenit.

In quo loco primus dux stare debeat: in quo
secundus: in quo tertius.

Vx qui precipuam sustinet potestatem/in dex
tra parte inter equites/ & pedites stare consue
uit. Hic in locus est: in quo tota acies guberna
tur: ex quo est rectus: liberque percursus. Ideo inter utrosque
consistit: ut & consilio regere: & auctoritate tam equites
quam pedites possit hortari ad pugnam. Hic de equitibus
supernumerariis/mixtis peditibus ex peditis aduersari
orum sinistrum cornu: quod stat contra ipsum circuire
debet: & a tergo semper urgere. Secundus dux in me
dia acie ponitur peditum: qui eam sustentet/ & firmet.
Hic fortissimos pedites/ & bene armatos de superfluis
secum habere debet: de quibus aut ipse cuneum faciat:
& hostium aciem rumpat. Aut si aduersarii cuneum fe
cerint/ ipse forficem faciat: ut cuneo illi possit occurrere
In sinistra parte exercitus debet esse tertius dux satis bel
licosus: & prouidus: quia sinistra pars difficilior est &

Contati
Loricati

uelut manca in acie consilium. Hic bonos equites super
numerarios: & uelocissimos pedites secum habere de
bet: de quibus sinistrum cornu semper extendat: ne cir
cumueniatur ab hostibus. Clamor autem: quem barba
ricum uocant non prius debet attolli / quam utraq; acies se
iunxerit. Imperatorum enim est/ uel ignauorum uocife
rari de longe/ cum hostes magis terreantur/ si cum telorum
ictu clamoris horror accesserit. Studere autem semper de
bes: ut prius instruas aciem: quam hostis: quia ex arbitrio
tuo potes facere: quod tibi utile iudicas: cum nullus ob
sistat. Deinde tuis auges confidentiam / & aduersariis
minuis fiduciam. Quia fortiores uidentur: qui prouo
care non dubitant. Inimici autem incipiunt formidare
qui uident contra se acies ordinari. Huic additur maxi
mum commodum: quia tu instructus paratusque inor
dinatum & trepidum aduersarium preoccupas. Pars
enim uictorie est inimicum turbare ante/ quam dimices.

Quibus remediis uirtutis: uel dolis hostium
resistatur in acie.

Exceptis superuentibus uel incursionibus repen
tinis ex occasione quam nunquam dux exercitus
amittit. Nam in itineribus iam fatigatis in flu
minum transgressione diuisis in paludibus occupatis/in
iugis montium laborantibus. In campis sparsis atque se
curis in mansione dormientibus/ oportunitate semper pre
lium infertur. Cum aliis negociis occupatus hostis pri
us interimatur: quam preparare se possit. Quod si cauti sint
inimici/ & insidiarum nulla sit copia: tunc aduersum pre
sentes/ scientes/ uidentesque equa conditione pugnant. In
de ars belli in hoc aperto conflictu/ magis quam in occultis
fraudibus adiuuat eruditos. Cauendum uel maxime/ ne
ab ala: cornuque sinistro: quod sepius euenit: uel certe dextro

38

Clamor bar
baricus uocat
non prius
bet attolli
utraq; acie
se iunxerit
de quo Luc
nus & qnt
clamore c
hostes mi
tur & cet



Globi

Drummi

Cuneus qd

Caput porcinū

Forfex

Serra

Globus

quod tamen raro contingit/circūueniantur tua multi-
tudine hostium a uagantibus a globis: quos drumos uo-
cant. Quod si acciderit/unum remediū est: ut alam: cor-
nuq; replicas/& retundas/quatenus conuersi tui locioꝝ
terga defendant. Sed in angulo ipsius extremitatis for-
tissimi collocentur: quia ibi impetus amplior fieri con-
lueuit. Item aduersus cuneum hostium certis modis re-
sistitur. Cuneus dicitur multitudo peditum: que iuncta
cum acie primo angustior: deinde latior procedit: & ad-
uersariorum ordines rumpit: quia a pluribus in unum
locum tela mittuntur: quam rem milites caput porcinū
uocant. Contra quem ordinatio ponitur: quam forfices
uocant. Nam e lectissimis militibus in unum confertis
in. V. litteram ordo componitur/& illum cuneum exci-
pit: atq; ex utraq; parte concludit: quo facto aciem non
potest rumpere. Item serra dicitur: que a strenuissimis di-
recta ante frontem opponitur hostibus ut turbata acies
reparetur. Globus aut dicitur: qui a sua acie separatus ua-
go superuentu incurfat inimicos. Contra quem alter po-
pulosior: uel fortior immittitur globus. Obseruandum
quoq; est: ne sub tempore: quo iam committitur pugna
uelis ordines commutare: ac aliquos numeros ad alia
transferre. Statim enim nascitur confusio: atq; tumultus
& imparatis: conturbatisq; facilius hostis incumbit.

Quot generibus pugna publica committa-
tur: & quō etiam qui inferior est numero &
uiribus/ualeat obtinere uictoriam.

d Epugnationū septem sunt genera: cum infesta
ex utraq; parte signa confligant. Vna depu-
gnatio est fronte longa/quadrato exercitu: sicut
& nunc prope semper solet prelium fieri. Sed hoc ge-
nus depugnationis periti armorum: non optimum

39
iudicant: quia cum in prolixo spatio contenditur acies
non equalis semper campus occurrit. Et biat aliquñ in
medio sinus: uel curuatura sit: in eo loco frequenter ac-
es irrumpitur. Preterea si multitudine aduersarius ante-
cedit a lateribus/aut dextram: aut sinistram alam circū-
uenit: in quo periculum magnum est: nisi supernume-
rarios habeas: qui sustineant: hostemq; repellant. Hoc
genere solus debet cōfligere: qui & plures: & fortes ha-
buerit bellatores. ut ex utroq; cornu hostem circumue-
nia: & quasi in sinum sui exercitus concludat. Se-
cunda depugnatio publica est: que plurimis melior: in
qua si paucos strenuos ordinaueris loco idoneo/ etiam
si multitudine hostiū & uirtute turberis: et uirtute: tñ po-
teris reportare uictoriā. Huius talis est modus. Cum in-
structe acies ad congressum ueniant: tunc tu sinistram
alam tuam a dextera aduersarii tui longe separabis: nec
uel missilia: uel sagitte ad eam perueniant. Dexteram
alam autem tuam sinistram alę illius iunges. & ibi primū
inchoa prelium ita/ ut cum equitibus optimis: & pediti-
bus probatissimis sinistram partem illius: ad quam te
iunxeris: aggrediaris. & detrudendo: atq; supercurren-
do ad hostium terga peruenias. Quod si semel aduersa-
rios exinde pellere coeperis/ accedentibus tuis indubi-
tatam uictoriam consequeris. Et pars exercitus tui: quā
ab hoste summoueris/ secura durabit. Ad similitudineꝝ
autem. A. littere: uel libelle fabrilis acies in hoc dimicā-
di genere constituitur. Quod si aduersarius te prior fe-
cerit: quos post aciem supernumerarios diximus/ debe-
re poni tam equites: q̄ pedites/ ad sinistram tuam colli-
ges cornu. & sic aduersario resistes magnis uiribus: ne
arte pellaris. Tertia depugnatio est similis secun-
de/ sed in hoc deterior: q̄ a sinistro cornu tuo cum illius
incipis dextro confligere. Nam quasi mancus impetus



est eorum & aperti cum difficultate eorum aggrediuntur hostes: qui dimicant in sinistro cornu. Quod aptius explanando dicā. Si quā aliam tuam sinistram longe habueris meliorem. Tunc. n. fortissimos equites: peditesque coniungere & in congressu. Et ipsam primā applica ad aliam hostium dexterā. Et quātum potes aduersariū dextrā/pellere: & circūire festina. Tu autē aliam exercitus partem: in qua deteriores bellatores habere te nosti/ a sinistra illius longissime separa: ne uel gladiis inuadatur: uel ad eā tela perueniant. In hoc genere cauendum est: ne inimicorum cuneis transuersa tua acies elidatur. Hoc autem modo uno casu utiliter pugnatur. Si aduersarius infirmius dextrum cornu habuerit: tu longe fortius sinistrū. Quarta depugnatio est talis. Cum ordinaueris acies ante quadringentos: uel quingētos passus/ quā ad hostes peruenias/ non sperante eo subito ambas alas tuas incitare te conuenit: ut ex utroque cornu improuisos hostes uertas in fugam: & celerius uictoriam consequaris. Sed hoc genus certaminis licet cito superest: si exercitatissimos: fortissimosque produxerit: tamen periculosum est: quia mediam aciem suam qui sic dimicat denudare compellitur: & in duas partes exercitum separare. Et si primo impetu uictus inimicus non fuerit: habet postea occasionem: qua inuadat: & diuidat cornua: & mediam aciem destitutā. Quinta depugnatio est similis quartę. Sed hoc unum amplius habet: quia leuem armaturam: & sagittarios ante mediam aciem ponit: ut illis resistentibus acies non possit irrumpi. Nam sicut de dextro cornu illius sinistrum: & sic de sinistro cornu illius dextrū aggreditur. Quod si fugare potuerit: statim uincit: sin minus media acies illius non labora: quia a leui armatura: & sagittariis defenditur. Sexta depugnatio est optima: & prope similis secundę: qua utuntur: qui

40
de numero suorum: & de uirtute desperant. Et si bene ordinauerint/ quamuis cum paucioribus/ semper uictoriam consequuntur. Nam cum instructa acies ad hostes accedat/ dextram aliam tuam sinistram aliam hostium iunge. & ibi per equites probatissimos: & pedites uelocissimos incipe preliari. Reliquam autem partem exercitus tui a dextra parte illius longissime remoue. & in directum porrige/ quasi uerū. Nam cum sinistram partem illius a tergo / & a lateribus ceperis cedere / sine dubio uertes in fugam. Aduersarius autem nec de dextro cornu suo: nec dimidia acie potest suis laborantibus subuenire. Quia acies tua extenditur: & tota se porrigit ad similitudinem. I. littere longissime/ quę recedit ab hostibus: Quo genere in itinibus sepe confligitur. Septima depugnatio est: quę loci beneficio adiuuat dimicantem. In hac quoque & cum paucioribus. & cum minus fortibus poteris aduersarios sustinere. Si mare autem: aut lacus: siue flumen: aut paludes: siue ciuitatem: seu abrupta in una parte habeas: ex qua hostis non possit accedere. Reliquum exercitus tuum directa acie ordines. Sed in illa ala quę munitionem non habet: omnes equites: & ferentarios ponas. Tunc securius cum hoste pro tuo arbitrio confliges: quia ab una parte loci natura te munit. Ab alia duplex proponitur equitatus. Illud tamen obseruandum est: quo nihil melius: ut siue de dextro cornu tuo cum illius sinistro pugnare uolueris: ibi fortissimos ponas/ siue de sinistro cum illius dextro ibi strenuissimos colloques. siue in medio facere uolueris cuneos: per quos acies hostium rumpas in cuneo exercitatissimos homines bellatores. Victoria enim per paucos fieri consueuit. Tamen est: ut electi a duce sapientissimo in his locis: in quibus ratio: & utilitas postulat/ ordinem.



Viam abscedendi ab hostibus dandam : ut
deleantur facilius fugientes.

¶ Leriq; rei militaris ignari pleniores uictoriam
credunt: si aduersarios aut in locorum angusti-
is: aut armatorum multitudine circumdederint:
ut non inueniant aditum abscedendi. Sed clausis ex de-
speratione crescit audacia. & cum spei nihil est / sumit
arma formido. Libenter cupit commori : qui sine du-
bio scit esse moriturum. Ideo scipionis est laudanda a-
sententia: qui dixit uiam hostium: qua fugerent non es-
se muniendam. Nam cum abscedendi aditu patefacto
mentes omnium ad prebenda terga confenserint: mul-
ti more pecudum trucidantur: nec consequentium ullum
periculum est: quin uicti: quibus defendi poterant ar-
ma conuerterunt. Hoc genere quanto maior fuerit exerci-
tus: tanto facilius multitudo prosternitur. Neque enim ibi
regratus est numerus: ubi animus semel territus non tam
tela hostium cupit declinare: quam uultum. Ceterum clausi
licet exigui numero: & infirmi uiribus: tamen hoc ipso
hostibus sunt pares: quia desperantes sciunt sibi aliquid
non posse licere. Nam una salus uictis nullam sperare
salutem.

Quemadmodum recedatur ab hosti-
bus: si consilium pugne displiceat.

¶ Idgestis omnibus: que ratio militaris experi-
mentis: & arte seruabit / unum superest docere /
quemadmodum recedatur ab hostibus. Nam
discipline bellicae: & exemplorum periti nusquam maius
periculum imminere testantur. Qui a congressu rece-
dat ex acie / suis fiduciam minuit / & inimicis addit au-

scipionis sen-
tentia

41
dacia. Verum quia hoc sepius necesse est euenire / quibus
modis tute possit fieri / declarandum est. Primum /
ut tui nesciant te ideo decedere: quia declinas inire con-
flictum. Sed credant se arte aliqua ideo reuocari: ut ad
opportuniorem locum inuitetur hostis: ut facilius supe-
retur. Vel certe insequentibus aduersariis secretores col-
locentur insidie. Nam necesse est ad fugam parati sint:
qui ducem suum sentiunt desperare. Illud quoque uitan-
dum est: ne hostes te recedere sentiant: & statim irruant.
Propterea plerique ante pedites suos equites posuerunt:
ut discurrentes aduersarios uidere non sinerent: quando
pedites abscedebant. Item particulatim incipientes a pri-
mis singulas acies subducebant: retroque remeabant in gra-
dusuo / reliquis manentibus quos sensim post acies sequi
ad illos iungebant: quos subduxerant / quod primum aliqua
tis exploratis itineribus noctu cum exercitu recedebat
ut hostes die orto / cum non intellexissent / non posset pre-
cedentes comprehendere. Preterea leuis armatura pre-
mittebatur ad colles: a qua subito tutus reuocaretur ex-
ercitus. & si hostes insequi uoluissent / a leui armatura:
que antea occupauerat locum / additis equitibus funde-
bantur. Nihil enim periculosius existimatur quam si incon-
sulte insequentibus ab his: qui in subleffa fuerint: uel an-
te separauerint / obuietur. Hoc tempus est quo oportu-
ne collocentur insidie quia aduersum fugientes maior
audacia & minor cura est. Necessario autem amplior
securitas solet grauius discrimen habere. Imparatis ci-
bum capientibus in itinere lapsis equos suos pascenti-
bus ac nihil tale suspicantibus superuentus assolet fieri.
Quod & nobis uitandum est & hosti in huiusmodi oc-
casionibus perniciem inferenda. Hoc enim casu oppres-
sis nec uirtus potest: nec multitudo predesse. Qui in acie
publica uincitur pugna: licet & ibi ars plurimum prosit



subseffas

tamen ad defensionem suam potest accusare fortunam. Qui uero superuentus & insidias passus est/et subseffas culpam suam excusare non potest: quia hoc vitare potuit: & per speculatores idoneos ante cognoscere. Cum regeditur: nullis fraus fieri consuevit. Pauci equites recto itinere consequuntur. Valida manus occulte per alia itinera loca ubi ad agmen inimicorum peruenierunt equites: leuiter tentant: atque discedunt. Ille credit/ quicquid in sidarum fuerat/ preterisse: & sine cura resoluatur in negligentiam. Tunc illa manus: que occulte per alia loca destinata fuerat superueniens opprimit ignaros. Multi cum ab hoste discedant: si per siluas ituri sunt/ premituntur: qui per angusta: uel abrupta occupant loca/ ne ibidem ab aduersariis patiantur insidias. & uersus post se precipitis arboribus uias claudunt: quas compedes uocant ut hostibus facultatem adinuant persequendi. & penes utriusque parti ad subseffas itinere communis occasio est. Nam qui preceffit opportunis uallibus: uel siluosis montibus/ quali post se relinquit insidias: in quas cum incidit inimicus irrecurrat ipse: & adiurat luos. Qui uero aduersis semitis sequitur/ longe ante destinat expeditos & precedendo aduersarium arceri a transitu: ut deceptum a tergo/ & a fronte concludat. Dormientibus noctu aduersariis/ & qui precessit potest regredi: & qui sequitur/ & in itinere intrinsecus/ potest superuenire ad fraudem. In transgressionem fluminum/ qui precessit illam partem/ tentat opprimere: que premissa transierat/ dum reliqui a uero separantur. Qui uero sequitur festinato itinere illos/ qui non poterunt transire/ conturbat.

De Camelis catafractis equitibus. *Amelios* alię nationes in acie produxerunt apud ueteres: ut *urelliani* intra *Apbriam*. *Maces* hodie quoque producunt. Sed hoc genus animalium

subseffas

Ureliam
Maces

& arenis tolerandum est: & siti aptum. Confusas etiam in puluere/ uento uias abliq; errore dirigere memorantur. Ceterum preter nouitatem si ab insolitis dimouatur inefficax bello est. Catafracti equi propter munimenta/ que gerunt a uulneribus quidem tuti. Sed propter impedimentum: & pondus armorum capi eos facile est. Alii sunt frequenter obnoxii contra dispersos pedites que contra equites in certamine meliores: tamen sunt aut ante legiones positi: aut cum legionariis mixti: quando cominus: hoc est manu ad manum pugnantur/ acies sepe hostium rumpunt.

Quemadmodum quadrigis falcatis: uel Elephantis in acie possit oblisti. Quadrigas falcatas in bello Rex Antiochus: & Mythrydates habuerunt: qui ut primo magnam in acie intulere terrorem: ita postmodum fuere derisum: nam difficile currus falcatus planum semper inuenit campum/ & leui impedimento tenetur. Vnoque afflicto: aut uulnerato a quo decipitur: sed maxime Romanorum militum arte perierunt. Vbi ad pugnam uentum est: repente Romanis toto campo tribulos deiecerunt: in quos currentes quadrigę cum incidissent/ delte sunt. Tribulus est aut in quatuor palis fixum propugnaculum: quo mo abieceris tribus/ radius stat/ & erecto quarto infestus est. Elephantis in preliis magnitudine corporum barritus/ horrore/ forme ipsius nouitate homines equosque turbant. Hos contra Romanum exercitum prius in *Lucania* Rex Pyrrhus eduxit. Postea Hannibal in *Apbrica*. Rex Antiochus in oriente. Iugurtha in *Numidia* copiosos habuerunt aduersus quos diuersa resistendi genera armorum excogitauerunt. Nam & centurio in *Lucania* gladio manum/ quam *promuscidem* uocant unius abscidit. Et bini Catafracti equi iungebantur ad curru:

Catafracti
eq

Tribulus



Quibus insidētes elibanarii sarissas id est longissimos cō-
tos in elephantos dirigebant. Nam muniti ferro nec a
sagittariis: quos uehebant beluē ledebant ut / & earum
impetum equorum celeritate uitabant. Alii contra ele-
phantos catafractos milites immiserūt / ita ut in brachijs
eorum / & in cassidibus / uel humeris aculei ingentes po-
nerentur e ferro: ne manu sua elephas bellatorem cōtra
se uenientem posset apprehendere. Præcipue tamen ue-
lites ante elephantos antiqui ordinauerunt. Velites au-
tem erant iuuenes leui armatura / corpore atacti: qui ex
equis missilia optime dirigebant. Hi equis præter curre-
tibus ad latiores lanceas / uel maiora spicula beluas oc-
cidebāt. Sed crescēte audacia postea collecti plures mi-
lites / pariter pila id est missilia in elephantos congere-
bant: eosq; uulneribus elidebant. Illud tamen additum
est: ut funditores cum fustibalis / & fundis / rotundis la-
pidibus destinatis / indos: per quos regebantur elephan-
ti cum ipsis turribus affligerent: atq; mactarent: quo
nihil tutius inuenitur. Præterea uenientibus beluis / quasi
aciem irrupissent / spatium milites dabant. Quæ cum in
agmen medium peruenissent circumfulsis undiq; arma-
torum globis cum magistris absq; uulneribus capiebā-
tur illesæ. Carrobalistas aliquanto maiores. Hæ enim lō-
gius: & uehementius spicula dirigunt superpositas curri-
culis cum binis equis aut mulis post aciem ordinati cō-
uenit. Et cum subiacti teli accesserint bestiæ sagittis ba-
listariorum transfiguntur. Latius tamen & firmitus con-
tra eas præfigitur ferrum: cum in maioribus corporib;
maiora sint uulnera. Aduersus elephantos plura exem-
pla / & machinamenta rettulimus: ut si quando necessi-
tas postulauerit / sciatur: quæ sint tam immanibus beluis
opponenda.

Quid fieri debeat / si uel pars fu-

velites qd

pila .i. missi-
lia

gerit: uel totus exercitus.

43
Ciendum uero est: si pars exercitus fugerit / &
pars uicerit minime desperandum cum eiusmodi in
necessitate ducis cōstantia totam sibi pos-
sit uendicare uictoriam. Innumerabilibus hoc accidit
bellis: & pro superioribus habiti sunt: qui minime de-
sperauerunt. Nam in simili conditione fortior creditur
quem aduersa non frangunt. Prior ergo de cæsis hosti-
bus spolia capiat quod ipsi dicunt / colligat campum.
Prior clamore: ac buccinis exultare uideatur. Hac fidu-
cia perterrebit inimicos ita suis fiducia; geminauit qua
si uictor ex omni parte discesserit. Quod si aliquo casu
omnis in acie fundatur exercitus / perniciose tamen cla-
dis reparationis. Multis fortuna non defuit & medici-
na querenda est. Dux ergo prouidus sub ea cautela pu-
blico debet Marte cōfligere: ut siquid pro uarietate bel-
lorum: uel cōditionis humane / secus acciderit / absq; gra-
ui detrimento liberet uictos. Nam si uicini fuerint col-
les. Si post terga munitio. Si ceteris abscedentibus for-
tissimi quicq; restiteret: se: suosq; seruabunt. Frequenter
iam suffusa acies dispersos ac passim sequentes repara-
tis uiribus interemit. Nam nunq; exultantibus maius so-
let euenire discrimen: q; cum exhibita ferocia subito in
in formidinem cōmutatur. Sed quicunq; euentus sint /
colligendi sunt superstites bello erigendi adhortationi-
bus congruis: & armorū instauratōe refouendi. Tunc
nouus delectus: noua queruntur auxilia. Et quod ampli-
us prodest captatis occasionibus in ipsos uictores per
occultas insidias impetus faciendus est. ac sic audacia re-
paranda. Nec opportunitas deerit: cum pro felicitate su-
perbius / et incautius mentes efferantur humane. Siquis
hunc casum ultimum putet / cogitet euentus omnium præ-
riorum inter initia contra illos magis fuisse quibus ui-

ctoria debebatur.

Regule bellorum generales.

N omnibus preliis expeditiois conditio talis est
ut quicquid tibi prodest / aduersario noceat.
quod illi adiuuat: tibi semper officiat. Nunquam er-
go ad illius arbitrium aliquid facere: aut dissimulare debe-
mus: sed id solum agere: quod nobis utile iudicamus.
Contra te enim incipis esse: si imitaris: quod ipse fecit
pro te. Et rursum quicquid pro tua parte tentaueris: con-
tra illum erit: si uoluerit imitari. In bello qui plus in an-
gariis uigilauerit: plusque in exercendo milite laboraue-
rit: minus periculum sustinebit. Nunquam miles in acies
producendus est: cuius antea experimenta non ceperis
aut inopia aut superuentibus: aut terrore. Melius est ho-
stem fame domare: quam prelio: in quo amplius solet for-
tuna potentatis habere: quam uirtus. Nulla consilia sunt me-
liora: quam illa: que ignorauerit aduersarius antequam facias. Oc-
casio in bello amplius solet iuuare quam uirtus. In sollicitan-
dis: suscipiendisque hostibus: si cum fide ueniant: magna
fiducia est: quia aduersarium amplius frangunt transfu-
ge: quam perempti. Melius est post aciem plura seruare pre-
lidia quam latius milites spargere. Difficile uincitur qui ue-
re potest de suis & de aduersarii copiis iudicare. Am-
plius ualet uirtus: quam multitudo. Amplius prodest sepe
locus quam uirtus. Paucos uiros fortes natura procreat. bo-
na institutione plures reddit industria. Exercitus labore
proficit: ocio conualescit. Nunquam ad certamen publicum
produxeris militem: nisi cum uideris eum sperare ui-
ctoriam. Subita conterrent. Usitata uilescunt. Qui dis-
pos suis insequitur: quia ipse acceperat aduersario uult da-
re uictoriam. Qui frumentum necessariumque commea-

u
Inertus qm
multitudo
prepo-
de-
rat

Subita coter-
rent usitata ui-
lescunt

44
tum non preparat: uincitur sine ferro. **Q**ui multitudine
& uirtute precedit: quadrata dimicet fronte: qui est pri-
mus modus. Qui impare se iudicat dextro cornu suo
sinistrum cornu pellat inimici: qui secundus est modus.
Qui sinistram alam fortissimi se habere nouit: dextram
alam hostis inuadat: qui est tertius modus. Qui habet
exercitatissimos milites in utroque cornu pariter debet
prelium incipere: qui est quartus modus. Qui leuem ar-
maturam optime regit utranque alam hostis inuadat: fe-
rentariis ante mediam aciem constitutis: qui est quin-
tus modus. Qui nec numero militum: nec uirtute con-
fidit. Si depugnaturus est de dextera sua sinistram alam
hostium pulset: reliquis suis porrectis in similitudinem
ueru: qui est sextus modus. Qui pauciores: infirmio-
resque habere nouit. Septimo modo ex utro latere aut mo-
tem: aut ciuitatem: aut mare: aut flumen: aut aliquod de-
bet habere subsidium. Qui uero confidit equitatu: alti-
ora loca querat militibus: & rem magis per equites ge-
rat. Qui confidit pedestribus copiis aptiora loca equiti-
bus querat & rem magis per pedites gerat. Cum explo-
rator hostium latenter oberret in castris: omnes ad ten-
toria sua per diem redire iubeantur. & statim deprehen-
ditur explorator. Cum consilium tuum cognoueris ad-
uersariis proditum: dispositionem te mutare conuenit.
Quod fieri debeat / tractato cum multis. Quod uero
facturus sis: cum paucissimis: ac fidelissimis: uel poti-
us tecum ipse. Milites timor & poena in sedibus cor-
rigit. In expeditionibus spes: atque premia faciunt me-
liores. Boni Duces publico certamine nunquam / nisi
ex occasione: aut nimia necessitate conflagunt. Mag-
na dispositio est hostem magis fame urgere: quam fer-
ro:
De equitatu sunt multa precepta.



Sed cum hęc pars militię usu exercitiũ armorum gene-
re & equorum nobilitate profecerit/ex libris nihil arbi-
bitror colligendũ:cum presens doctrina sufficiat. Quo
genere pugnaturus sis nesciant hostes: ne aliquibus re-
mediis resistere moliantur.

Igesta sunt Imperator inuicte: quę nobilissimi
d auctores diuersis probata temporibus per ex-
perimentorum fidem memorie prodiderunt:
ut ad sagictandi peritiã:quam in serenitate tua perfa-
miratur. Ad equitandi scientiam:uel decorem:quam
Hunorum: Alanorumq; natio uelit imitari: si possit:
Ad currendi uelocitate: quã Sarracenus: Indusq; equat
Ad armaturę exercitationem:cuius campi doctores in
toto pro parte exempla intellexisse gaudeant. Quorum
arte regula preliandi:immo iuincendi artificium inge-
ratur:quatenus uirtute pariter:ac dispositione mirabili
rei publice:tuę: & imperatoris officium exhibeas: &
militis:

Finis.

Vegetii Rhenati Epitomatis de re militari liber
Quartus.

Grestem:incultamq; hominum ab ini-
tio seculi uitam a communiõe mutoꝝ
animalium/uel ferarum urbium con-
stitutio prima discreuit. In iis reip. no-
men repperit communis utilitas. ideo
potentissime nationes:ac principes cõ-
secrati nullam maiorem gloriam putauerunt:q̃ aut fun-
dare nouas urbes:aut ab aliis conditas in nomen suum
sub quadam amplificatione transferre:in quo opere cle-

145
mentia serenitatis tuę obtinet palmã. Ab aliis uel paucę
uel singule a pietate tua innumerabiles urbes ita iugi la-
bore perfectę sunt:ut non tam humana manu condite:
q̃ diuino nutu uideantur ornatę. Cunctos imperatores
felicitate/moderatione.castimonia.exemplo indulgen-
tię/studiorum amore precellis. Regni: animiq; tui bo-
na cernimus & tenemus quę anticipare & superior op-
tauit etas:& exercendi in perpetuum uentura desiderat
quibus rebus tantum uniuerso orbi prestitum gratula-
mur:quantum uel humana mens petere:uel gratia potu-
it diuina cõferre. Sed dispositionibus uestre clementię/
q̃tum profecerit murorum elaborata constructio! Ro-
ma documētum est:quę salutem ciuium capitoline ar-
cis defensione seruauit:ut gloriosius postea totius orbis
possideret imperium. Ad cõplementum igitur operis
maiestatis uestre preceptione suscepti/rationes/quibus
uel nostre ciuitates defendendę sunt:uel hostiũ subru-
endę/ex diuersis auctoribus in ordine digeram. Nec la-
boris plgebit:cum omnibus profutura credantur.

Hęc continet Liber quartus.

- 1 Ciuitates aut natura: aut opere: aut utroq; debere mu-
niri.
- 2 Non directos: sed angulosos muros faciendos.
- 3 Quemadmodum murus e terra iungatur aggestus ut
nunquam elidi possit.
- 4 De Cataractis & poris ne exurantur ab ignibus.
- 5 De fossis faciendis.
- 6 Ne sagictis hostium homines ledantur in muro.
- 7 Quibus modis prouidendum sit: ne famem patiantur
obfessi.
- 8 Quę species preparandę sint pro murorum defensiõe.
- 9 Quid faciendũ sit si neruoꝝ copia defuerit.



Quid faciendum: ne aque penuriam patiantur obsessi.
Si sal defuerit/ quid faciendum sit.
Quid faciendum sit: cum primo impetu uenitur ad muros.
Enumeratio machinarum: quibus muri oppugnantur.
De ariete. falce. & testudine.
De uineis.
De pluteis.
De aggere.
De musculis.
De turribus ambulatoriis ne concrementur.
Quemadmodum ambulatoria turris possit incendi.
Quemadmodum altitudo muris addatur.
Quo pacto fodiatur terra: ut machina nihil possit nocere.
De scalis. sambuca. exostra. & telenone.
De Balistis. Onagris. Scorpionibus. Arcubalistis. Fustibalis. Fundis. Per que tormenta defenditur murus.
Aduersum arietem remedia.
De cuniculo: per quem murus defoditur: aut ciuitas penetratur.
Quid facere debeant Oppidani: si hostis irruperit Ciuitatem.
Que sit adhibenda cautela: ne hostes furtim occupent murum.
Quando Oppidanis inferantur insidie.
Quid faciant obsidentes: ne ab oppidanis patiantur insidias.
Quo genere tormentorum ciuitas defendatur.
Quemadmodum mensura colligatur ad scalas: uel machinas faciendas.
Precepta belli Naualis.
Nomina iudicum: qui preerant classi.

46
Vnde appellentur Liburne.
Qua diligentia fabricentur Liburne.
Qua obseruatione sit cedenda materies.
Quo mense cedende sint Trabes.
De modo liburnarum.
Nomina uentorum & numerus.
Quibus mensibus tutius nauigetur.
Quemadmodum tempestatum obseruanda sunt signa
De Pronosticis: quibus noscitur Serenitas / & turbatio Aeris.
De estuariis/ hoc est de reumate.
De locorum notitia: siue remigibus.
De Telis: Tormentisq; muralibus.
Quemadmodum nauali bello collocentur insidie.
Quid fiat: cum aperto Marte bellum Nauale committitur.

Ciuitates aut natura: aut opere:
aut utroq; debere muniti.
Rbes: atq; Castella aut natura muniuntur: aut manu: aut utroq; quod firmitus dicitur. Natura aut loco edito: uel abrupto: uel circumfuso mari: siue paludibus: uel fluminibus. Manu: fossis: ac muris in illo naturali beneficio tutissimum eligitur consilium. In plano queritur fundantis industria. Videmus antiquissimas ciuitates ita in campis patentibus constitutas: ut deficiente auxilio locorum: arte tamen: & opere redderentur inuicte.
Non directos: sed angulosos muros faciendos.
Mbitum muri directum ueteres ducere nolunt ne ad ictus arietum esset dispositus: sed sinuosis amfractibus iactis fundamentis clausere urbes. Crebri/



oresq; turre in ipsis angulis reddiderūt/ propterea/ quia
si quis ad murum tali ordinatione constructum uel sca
las: uel machinas uoluerit admonere/ non solum a fron
te: sed etiam a lateribus: et prope a tergo: ueluti in sinum
circumclusus opprimitur.

Quemadmodum murus e terra iungatur
aggestus ut nunq̄ possit elidi.

m Vrus autem ut nunq̄ possit elidi/ hac ratioe per
ficitur. Interuallo uicenum pedum interposito
duo intrinsecus parietes fabricantur. Deinde ter
ra: que de fossis fuerit egesta inter illos mittitur: uecti
busq; densatur/ ita ut a muro primus paries parum infe
rior/ secundus longe minor ducatur: ut de plano ciuita
tis ad similitudinem graduū quasi cliuū molli usq; ad
pugnacula possit ascendi: quia uec murus ullis pot̄ arie
tibus rumpi: quem terra confirmat. & quouis casu de
structis lapidibus/ ea: que inter parietes defata fuerit ad
muri uicem ingruentibus moles obsistit.

De Cataractis: & portis: ne exurantur ab
ignibus.

c Auetur preterea: ne porte subiectis ignibus ex
urantur: propter quod sunt coriis: ac ferro te
gende. Sed amplius prodest: quod inuenit anti
quitas: ut ante portam addatur propugnaculum: in cu
ius ingressu ponitur cataracta: que annulis ferreis pen
det: ac funibus: ut si homines interuenerint: eadem di
missa extinguantur inclusi. Ita tamen supra portam mu
rus est ordinandus: ut accipiat foramina: per que de su
periore parte aqua effusa subjectū extinguat incendiū.

De fossis faciendis.

f Ossē ante urbem altissime latissimeq; sunt faci
endē ut nec facile coeq̄ri: repletiq; ab obsiden

47
tibus possint. Et cū aquis coeperint inundari/ ab aduer
sario cuniculum continere minime patiatur. Nam du
plici modo opus subterraneum earum altitudine/ & in
undatione prohibetur.

Ne sagictis hostium homines le
dantur in muro.

f Ornidatur: ne multitudo sagictariorū de pro
pugnaculis exterritis defensoribus: oppositisq;
scalis occupet murum: aduersum quod catafra
ctas: atq; scuta in ciuitatibus debent habere q̄ plurima.
Deinde propugnacula duplicia: saga ciliciaq; tendantur.
Impetumq; excipiant sagictarum. Neq; enim facile tra
seunt spicula rem: que cedit: ac fluctuat. Inuentū quoq;
remedium est: ut de ligno crates facerent: quas metellas
uocauerunt. Lapidibusq; complerent ea arte bina inter
propugnacula constitutas: ut si per scalas ascendisset ho
stis: & partem aliquam ipsius contigisset/ super caput su
um uerterentur saxa.

Quibus modis prouidendum sit: ne famem
patiantur obsessi.

m Ultra defensionum: oppugnationumq; sunt ge
nera: que locis cōpetentibus inseremus. Nunc
sciendum est obsidendi duas species esse. Vna
cuq; aduersarius opportunis locis/ presidis ordinatis cō
tinuis insultibus impugnat obsessos. Alteram quā uel
aqua prohibet inclusos/ uel deditioem sperat a fame
quando omnes prohibuerit cōmetus. Hoc enim con
silio ipse ociosus: ac tutus fatigat inimicum ad quos ca
sus possessores: quis leui suspitione pulsati omnem ali
moniam uitus intra muros debent studiosissime collo
care: ut ipsis exuberet substantia: aduersarios inopia cog
gat abscedere. Non solum autem porcinum: sed omne

uec tibus vulgo
macos

Propugnaculū
at cataracta

Propugna
culis

Propugna
la

Metellas

Propugnac



Cohortales
aves

animalium genus: quod inclusum seruari non poterit: deputari oportet ad lardum: ut ad miniculo carnis frumenta sufficiant. Aues autem cortales: & sine impensa in ciuitatibus nutriuntur: & propter egrotantes sunt necessarie. Pabula equis precipue congerenda: & quae apporari nequiverint: exurenda: uini: aceti: ceterarumque frugum: uel pomorum congerendae sunt copiae. Nihilque quod suis proficiat hostibus relinquendum est. Nam ut hortorum cura in uiridariis domorum uel areis exerceatur utilitatis: aut uoluptatis ratio persuadet. Parum autem proficit plurimum collegisse: nisi ab exordio dimensione salubri per idoneos erogatores temperetur. Nunquam periclitati sunt fame: qui frugalitatem inter copias seruare coeperunt. Imbecillis quoque etas: ac sexus propter necessitatem uictus portis frequenter exclusa est: ne penuria opprimeret armatos: a quibus sepe moenia seruabantur.

Quae species preparandae sint pro murorum defensione.

Xu. Instrumenta. Bitumen. Sulpur. Picem liquidam. Oleum: quod incendiarium uocant ad exurendas hostium machinas conuenit preparari. Ad arma faciendae ferrum utriusque temperatur: & carbones seruantur in conditis. Ligna quoque hastilibus: sagittisque necessaria reponuntur. Saxa rotunda de fluuiis: quae pro soliditate grauiora sunt: & aptiora mittentibus diligentissime colliguntur: ex quibus muri replentur: & turres. Minima etiam fundis: uel fistibulis: uel manibus quae iacienda sunt. Maiora: quae per onagros diriguntur. Maxima uero pondere: quae funda uolubili in propugnacula diriguntur: ut dimissa per praecipua non solum hostes obruant subeuntes: sed machinamenta confringant. Rotae quoque de lignis uiridibus ingentissime fabricantur.

Oleum incendiarii

In onagros

uel intercisi ex ualidissimis arboribus cylindri: quos tales uocant: ut sint uolubiles: leuigantur: quae per pronu labentia subito impetu bellatores sternunt. Equosque solent deterere. Trabes quoque: & tabulata uel diuersae magnitudinis clauos ferreos esse oportet in promptu. Nam talibus oppugnatum machinis per alias machinas consueuit obsisti: precipue cum subitis operibus addenda sit muris: uel propugnaculis altitudo: ne aduersariorum mobiles turres superueniant: & capiant ciuitatem.

Quid faciendum sit: si neruorum copia defuerit.

Eruorum copia summo studio expedit colligi: quia onagri: uel balistae: ceteraque tormenta: nisi funibus: neruisque ligentur: intenta nihil profunt. Equorum tamen setae de caudis: ac iubae ad balistas utiles afferuntur. Indubitatum uero est crines foeminarum in eiusmodi tormentis non minorem habere uirtutem: Romanae necessitatis experimento. Nam in obsidione Capitolii corruptis iugis: ac longa fatigatione tormentis cum neruorum copia defecisset: matrone abscissos crines uiris suis obtulere pugnantibus: reparatisque machinis aduersariorum impetum repulerunt. Maluerunt autem pudicissimae foeminae deformato ad tempus capite libere uiuere cum maritis: quam hostibus integro decore seruire. Cornua quoque: uel coria cruda proficit colligi ad ad cataphractas texendas: aliaque machinamenta: siue munimenta.

Quid faciendum sit ne aquae penuriam patientur obsessi.

Agna urbis utilitas est: cum perennes fontes murus includit. Quod si natura non praestat cuiuslibet altitudinis effodiendi sunt putei. Aquarumque haustus funibus extrahendi. Sed interdum si altiora sunt

h² Cylindri
Tales



castellū parvū
Burgum

loca: quę montibus sunt: saxiſq; munita: In quibus ſup-
polita caſtella ad extrema muri inferioris reperiūt fon-
tium ueas ac de propugnaculis: uel turribus deſtinatis
protegent telis: ut aquatoribus liber præſtetur acceſſus.
Quod ſi ultra ictum teli in cliuo tamen ciuitatis ſubio-
cta ſit uena: caſtellum paruum: quem burgum uocāt in-
ter ciuitatem: & fontē conuenit fabricari. Ibiſq; baſtas
ſagictariolſq; conſtitui: ut aqua defendatur ab hoſtibus.
Præterea in omnibus publicis edificiis: multiſq; priua-
tis cisterne ſunt diligentiffime ſubſtituende: ut recepta
omnīa aquis pluuijalibus: quę de tectis effluunt præſtent.
Difficile eſt enī eos ſiti uinci: qui quīs exigua aqua ad
potum tantum hac in obſidione ſunt uſi.
Si ſal defuerit quid faciendum ſit.
In maritima ſit ciuitas: & ſal defuerit: liquor ex
mari ſumptus per alueos: atq; patula uala diffu-
ditur: quia calore ſolis duratur in ſalem. Quod
ſi hoſtis abundare prohibeat: nec hoc accidit: arenas
quas exagitatū uentis mare ſuperfuderat aliquando
colligunt: & dulci aqua eluunt: quę ſole exiccata nullo
minus mutatur in ſalem.

Quid faciendum ſit: cum primo impetu ue-
nitur ad muros.
Solenta autem impugnatione quādo caſtellis: uel
ciuitatibus præparatur: mutuo utriuſq; pericul-
lo: ſed maiore oppugnantium ſanguine exercē-
tur luctuoſa certamina: illi enim qui muros inuadere cu-
piunt terrifico apparatu expoſitis copiis in ſpe deditio-
nis formidinem geminant: tubarum ſtrepitu: hōimq;
permixto. Tunc quia timor magis frangit inſuetos: pri-
mo impetu ſtupentibus oppidanis: ſi diſcriminum ex-
perimenta nō norunt dum admotis ſcalis inuaditur ci-

49
uitas reſiſtere debent tota uirtute. Quod ſi a fidentibus/
ſiue militaribus uiris repellatur prima congreſſio ſtatim
clauſis creſcit audacia: & iam non terrore: ſed uiribus et
arte conſiſtitur.

Enumeratio machinarum: qui-
bus muri oppugnantur.
Mouentur etiam Teſtudines. Arietes. Falces.
Vineę. Plutei. Muſculi. Turres. de quibus ſingu-
lis qualiter fabricentur: quo pacto etiam præli-
entur: uel repellantur edifferam.

De Ariete. Falce. Teſtudine.
E materia: ac tabulatis teſtudo contexitur: quę
ne exuratur incendio: coriis: uel ciliciis: cento-
nibuſq; ueſtitur. Hęc intrinſecus accipit Tra-
bez: quę adunco præfigitur ferro: quod falx uocatur ab
eo: q; incurua eſt: & de muro extrahat lapides: aut certe
caput ipſius ueſtitur ferro: & appellatur aries: uel q; ha-
bet duriffimam frontem: quę lubruat muros: uel q; mo-
re arietum retrocedat: ut cum impetu uehementius feri-
at. Teſtudo autem ad ſimilitudinem uere teſtudinis uo-
cabulum ſumpſit: quia ſicut illa modo reducit: modo
profert caput: ita machinamentum interdū reducit tra-
bem: interdum exerit: ut fortius cedat.

De Vineis.
In eas dixerunt ueteres: quas nunc militari: bar-
baricoq; uſu catts uocant. de lignis leuioribus
machina colligatur: lata pedibus octo: alta pe-
dibus ſeptem. longa pedibus ſexdecim. Huius tectum
munitione duplici tabulatis: cratibuſq; contexitur. Late-
ra quoq; uimine ſepiuntur: ne ſaxorum: telorumq; im-
petu penetrentur. Extrinſecus autem: ne immiſſo cōcre-
mentum incendio: crudis: ac recentibus coriis: ac cento-
nibus operitur. Iſtę cum plures facte fuerint: iunguntur

Vineę
Catti



in ordinem: sub quibus subsidentes tuti ad subruenda murorum penetrent fundamenta.

De Pluteis.

P Lutei dicuntur: qui ad similitudinem cassidis contextuntur e uimine: & ciliis uel coriis proteguntur: ternisq; rotulis: quarum una in medio duę in capitibus opponuntur. In quancūq; partem onueris adiuuentur more carpenti: quos obidentes applicant muris. Eorumq; munitione protecti sagittis siue fundis: uel missilibus defensores omnes de propugnaculis ciuitatis exturbant: ut scalis ascendendi facilius prestetur occasio.

De Aggere.

Agger autem ex terra / lignisq; extollitur contra murum: de quo tela iactantur.

De musculis.

Musculos dicunt minores machinas: quibus protecti bellatores fundam auferunt ciuitati fossatum. etiam apportatis lapidibus / lignis ac terra non solum complent: sed etiam solidant: ut turres ambulatorię sine impedimento iungantur ad murum. Vocantur autem a marinis beluis musculi. Nam quemadmodum illi cum minores sint / tamen balenis auxilium adminiculumq; iugiter exhibent. Ita istę machine breuiore / uel deputate turribus magnis aduentu illarū parant uiam. Itineraq; premuniunt.

De turribus ambulatoriis.

Vrris dicuntur machinamenta ad edificiōrum speciem / trabibus: tabulatisq; compacta. Et ne tantum opus hostili concremetur incendio / diligentissime ex crudis coriis / uel centonibus communtur: quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum. Interdum qua-

musculi quos propriam reterat uocat melius igitur impolitus scriotor uegeti? lucas uocasset mām musculos

drigenos uel quinquagenos late sunt. Proceritas autē ipsarum tanta sit: ut non solum muros: sed etiam turres lapideas altitudine superent. His plures rote mechanica arte subduntur: quaz lapsu uolubili magnitudo tam alta moueatur. Presens autē periculum ciuitatis est: si ad murum fuerit turris admota. Plures. n. accipit scalas: & diuerso genere conatur irrumperē. Nam inferioribus habet arietem: cuius impetu destruit muros. Circa mediā uero partem accipit pontem factum de duabus trabibus septūq; de uimine: quem subito platum inter turrem: murūq; constituunt. Et per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem transeunt: & occupant muros. In superioribus autē turris illius partibus contati: & sagittarij collocantur: qui defensores urbis ex alto contis / saxis: missilibusq; psterant: quo facto ciuitas capitur sine mora. Quid. n. auxilii superest: cum hī: qui de muroꝝ altitudine sperabant repente supra se aspiciant altiore hostium murum.

Quemadmodū ambulatoria turris possit incēdi.

Vic tam manifesto discrimini multis occurritur modis. Primum si cōfidentia uel uirtus est militaris eruptione facta globus egreditur armatorum. & ui hostibus pulsus machinamentum illud ingens direptis coriis ignis exurit. Quod si oppidanū exire non audeant / maiores balistas / malleos uel falcas cum incendio destinant: ut perruptis coriis: uel centonibus intrinsecus flamma condatur. Malleoli / uelut sagitte sunt: & ubi adhaerint: quia ardentē ueniūt / uniuersa conflagrant. Phalarica autē ad modum haste ualido prefigitur ferro. Intra tubum etiam hastile / Sulphure / Resina / Bitumine / Stuppisq; conuoluitur / infuso oleo: quod incendiarium uocant. Quę balistę impetu destinata / preupto munimine ardens figitur ligno

Oleū incendiarium



turrítamq; machinā frequenter incēdit. Depositi quoq;
homines funibus/cum hostes dormiūt/in lateris por/
tant lucernas. & incensis machinis rursus leuantur in
murum.

Quemadmodum altitudo muris addatur.

Reterea partem muri: ad quem machina cona
tur ascendere cemēto: atq; lapidibus: uel luto: si
ue lateribus: postremo tabulatis extruendo faci
unt altiore: ne defensores moeniū desuper urbi uentu
ra possit opprimere. Constat autem inefficax machina
mentum reddi: si inueniatur inferius. Verum obsiden
tes huiusmodi dolum adhibere consueuerunt. Primo
talem extruunt turrem: quę propugnaculis ciuitatis, uel
deatur inferior. Deinde secreto aliam de tabulatis intrin
secus turriculam faciunt. Et cum muris fuerit machina
sociata: subito funibus: trochleisq; de media turricola il
la producitur: de qua egredientes armati: quia altior in
uenitur statim capiunt ciuitatem.

Quo pacto fodiat terra: ut ma
china nihil possit nocere.

Nterdum longissimas: ferratasq; trabes oppo
nunt machine uenienti. Eamq; a muri uicinita
te propellunt. Sed cum Rhodiorum ciuitas op
pugnaretur ab hostibus: et turris ambulatoria supra mu
rorum altitudinem: ac turrium omnium pararetur/me/
chanico ingenio inuentum est tale remedium. Per no
ctem sub fundamento muri cuniculum fodit. & illum
locum ad quem die postero turris fuerat promouenda
nullo hostium sentiente egesta terra cauauit intrinsecus
Et cum rotis suis moles fuisset impulsā atq; ad locum:
qui subtus cauatus fuerat peruenisset/ tanto pondere so
lo cedente subsedit: ut nec iungi muris: aut moueri ulte
rius potuit: ita ciuitas liberata est: & machina derelicta.

De scalis. sambuca. exostra. telenone.

Dimotis scalis turribus/funditores lapidibus/sa
gictarii iaculis: manubalistarii: uel arcubalista/
rii sagictis: laculatores plumbatis: ac missilibus
e muris summoient homines. Hoc facto scalis apposi
tis occupat ciuitatem. Sed qui scalis nituntur/ frequen
ter periculum sustinet/exemplo capanei: a quo primū
oppugnatio scalarum perhibetur inuenta: q̄ tanta ui oc
cilius est a thebanis: ut extinctus fulmine diceretur. Et
ideo sambuca exostra & telenone obsidentes in murū
hostium penetrent/Sambuca dicitur ad similitudinem
cytharę. Nam quemadmodum in cythara corde sunt:
ita in trabem: quę iuxta turrem ponitur/funes sunt: quę
pontem de superiori parte trocleis laxant: ut descendat
ad murum. Statimq; de turre exeunt bellatores. & per
eam transeuntes moenia urbis inuadunt. Exostra dici
tur polis: quem supius exposuimus: qui de turre in mu
rum repente perducitur. Telenon dicitur: quociens una
trabs in terram prealte deligitur: cui in summo uertice
alia transuersa trabs longior dimensa medietate connec
titur eo libramento: ut si unum caput depresseris: aliud
erigatur. In uno quoq; capite cratibus: siue tabulatis con
textitur machina: in qua pauci collocantur armati. tunc
per funes uno attracto: depressosq; alio capite eleuati im
ponuntur in murum.

De balistis. onagris. scorpionibus. arcubali
stis. fustibalis. fundis. per quę tormēta defen
ditur murus.

Duersum hęc obsessos defendere consueuerūt
baliste. onagri. scorpiones. arcubaliste. fustibali
sagictarii funde. Balista funib; /neruis: chordis
q; tenditur: quę q̄ prolixiora brachiola habuerit: hoc
est q̄to maior fuerit: tanto spicula longius emittit. Quę

// Corrigendū reor
tollenon ex horto
columelle

Capaneus
oppugnati
ne scalaru
primus in
mit. & con
cat fulmi
tus

Sambuca

Exostra

Telenon

Balista



*Onager tra
uico vulgo*

*Scorpiones
Nam balistæ*

*Impus ga
udit arietem*

si iuxta artem mechanicam temperetur / & ab exercita-
tis hominibus: qui mensuram eius ante collegerint / di-
rigatur / penetrat / quodcumq; percusserit / Onager autem
dirigit lapides: sed pro neruorum crassitudine: & magni-
tudine saxorum pondera iaculatur. Nam q̄to maior fu-
erit: tanto maiora saxa / fulminis more contorquet. His
duobus generibus nulla tormentorū species uehemen-
tior inuenitur. Scorpiones dicebant: quas nunc manu-
balistas uocāt / ideo sic uocati / q̄ quis: subtilibusq; spicu-
lis inferant mortem. Fustibalos. Arcubalistas. & Fundas
describere superfluum puto: quę presens usus agnoscit
Saxis tamen grauioribus per onagram destinatis non
solum equi eliduntur: & homines: sed etiam hostium
machinamenta franguntur.

Aduerlum arietem remedia.

Duersum arietes etiam / uel falces sunt plura re-
media. aliq̄ti / centones & culcitrastrunibus cal-
cant: & illis opponunt locis: quę cedit aries: ut
impetus machinę materia molliore fractus non destru-
at murum. Alii laqueis captos arietes per multitudinē
hominum de muro in obliquum trahunt / & cum ipsis
testudinibus euertunt. Plures in modum forcicis denta-
tum funibus alligant ferrum: quod lupum uocant. ap-
prehensumq; arietem aut euertunt: aut ita suspendunt:
ut impetum non habeat ferendi. Interdum bases colū-
nę marimoreq; uibrato impetu iaciuntur e muris: arietes
q; confringunt. Quod si tanta uis fuerit: ut murus arietibus
perforetur. & / quod sepe accidit: decidat salutis una
spes superest ut destructis domibus alius intrinsecus mu-
rus addatur. Hostesq; inter binos parietes / si penetrare
tentauerint / perimantur.

De cuniculo: per quem murus defoditur: aut
ciuitas penetratur.

Liud genus oppugnationis est subterraneum:
atq; secretum: quod cuniculum uocant a lepori-
bus: qui cauernas sub terra fodiunt: ubiq; con-
duntur. Adhibita igitur multitudine / ad spem metallo-
rum: in quibus auri: argentiq; uenas bestorum rimatur
industria / magno labore terra defoditur. Cauatoq; spe-
cu in exitu: ciuitatis inferna queritur uia: quę fraus du-
plicibus operatur insidiis. Aut enim penetrant urbem /
& noctu non sentientibus oppidanis egrediuntur per
cuniculum. reueratisq; portis suorum agmen inducunt
Hostesq; in ipsis domibus perimūt ignorantes. Aut cer-
te cum ad murorum fundamenta peruenerint: suffodi-
unt eorum maximam partem. Appolitis siccioribus li-
gnis ruinamq; muri tumultuato opere suspendunt. Sar-
menta in super iungunt: aliaq; fomenta flāmarum / tunc
preparatis ballatoribus subter ignis immittitur. Combu-
stisq; columnis ligneis: atq; tabulatis muro subito conu-
ente aditus reueratur.

Quid facere debeant oppidani si hostis ir-
ruerit ciuitatem.

Numerabilibus declaratur exemplis sepe ce-
los ad intentiōem hostes: qui inualerant ciuita-
tes: quod sine dubio euenit: si oppidani muros
acturres obtinuerint: uel altiora occupauerint loca. Tūc
n. de feuestris: ac muris omnis etas: ac sexus irrūpen-
tes obrunt saxis: aliisq; generibus telorū: quod ne susti-
neant obsidentes / portas ciuitatis aperire consueuerūt:
ut resistere desinant fugiendī p̄tate concessa. Necessita-
tis n. quędam uirtus est desperatio in hoc casu. Vnum
oppidanis auxilium est siue per diem: siue per noctem
hostis intrauerit: ut muros: turreq; teneant: ac loca supe-
riora conscendant. Hostesq; per uicos / & plateas undiq;
obruant dimicantes.

1. internatione

52
Cuniculu
unde dicitur
Besti



4
53
Que sit adhibenda cautela: ne ho-
stes furtim occupent murum.

f Reuenter dolum excogitant obsidentes. ac si/
mulata desperatione longius abeunt. Sed ubi
post metum murorum uigiliis derelictis requi-
euerit incauta securitas: tenebrarum. ac noctis occasione
captata cum scalis clanculum ueniunt. murosque cōscen-
dunt: propter quod maior est adhibenda custodia/ cum
hostis abcesserit. et in ipsis muris/ ac turribus tuguriola
locanda: in quibus uigiles hybernis mēribus ab hymbri/
b9: uel frigore/ estiuis defendant a sole. Illud quoque usus
inuenit: ut acerrimos ac sagacissimos canes in turribus
nutriat: qui aduentū hostiū odore p̄sentiant. latratuque re-
stent. Anseres quoque non minore solertia nocturnos sup-
uentus clamoribus indicant. Nam ingressi capitolinā
arcem galli Romanum nomen eruerant: nisi clamore
anserum excitatus manlius restitisset. Mira diligentia si-
ue fortuna. uiros: qui uniuersum orbem erant sub iugū
missuri auis una seruauit.

Quomodo oppidanis inferantur insidię.

n On solum in obsidionibus: sed in uniuerso ge-
nere bellorum supra omnia dicitur hostiū con-
suetudinem exploranda diligēter: ac nosce. Oppor-
tunitas enim insidiarum aliter non potest inueniri: ni-
si scias quibus horis aduersarius a laboris intentione di-
scedat: quibus reddatur incautior. Interdum media die.
Interdum ad uesperum. Sepe nocte. aliunde eo tempore:
quo sumitur cibus: cum utriusque partis milites ad re-
quiem/ aut curanda corpora disperguntur. Quod in ci-
uitate cum coeperit fieri/ obsidentes astu se a prelio sub-
trahunt: ut aduersariorum negligentię sibi licentiam tri-
buant: que impunitate concreuerit / repente ad motis
Machinis: uel appositis scalis occupant Ciuitatem.

Et ideo in muris saxa. aliaque tormenta ponuntur in prom-
ptu/ ut cognitis insidiis occurrentes ad manus habeant/
quod supra capita hostium euoluant: atque iaculentur.

Quid faciant obsidentes: ne ab oppidanis pa-
tiantur insidias.

c Vm negligentia interuenerit paribus insidiis sub-
iacent obsidentes. Nam siue cibo: siue somno
fuerint occupati: siue ocio: aut aliqua necessita-
te dispersi: tunc oppidani repente prorumpunt. Ignoran-
tes perimunt. arietes. machinas: ipsosque aggeres ignibus
concremant. omniaque in cinerem sua fabricata opa sub-
uertunt: propter quod obsidentes ultra iactū teli fossam
faciunt. eamque non solum uallo/ & sudibus: sed etiam tur-
riculis instruunt: ut erumpentibus e ciuitate possint ob-
sistere: quod opus loricula uocant. Et sepe cum obsi-
dio describitur/ inuenitur in historiis loricula urbana es-
se circumdatam.

Quo genere tormentorum ciui-
tas defendatur.

f Ed ex alto destinata missilia/ siue plumbate: uel
lanceę/ ueruta: uel spicula in subiectos uehemē-
tius cadunt. Sagitte quoque arcibus misse/ & sa-
xa manibus/ fundis/ siue fustibalis directa/ quanto de excel-
siori loco exeunt: tanto longius penetrant. Balistę uero/
& onagri si a peritis diligentissime temperentur/ uniuersa
precidunt: a quibus nec uirtus ulla: nec munimina pos-
sunt defendere bellatores. Nam more fulminis quicquid
percusserint/ aut dissoluerit: aut irrumpere cōsueuerunt.

Quemadmodum mensura colligatur ad sca-
las uel machinas faciendas.

*tuguriola in
muris ac tur-
ribus*

Anseres

Loricula



D capiendos muros scalę: uel machinę pluri/
mum ualent: si ea magnitudine compactę fue/
rint: ut altitudinem exuperent ciuitatis. Mensu/
ra autem colligitur duplici modo. Aut enim linum te/
nue: & expedituz uno capite nectitur in sagitta: quę cū
ad muri fastigia directa peruenerit ex mensura lini mu/
rorum altitudo deprehenditur. Aut certe cum sol obli/
quus umbram turrium murorumq; iaculatur in terras
tunc ignorantibus aduersariis umbrę illius spaciū men/
suratur. Itemq; decempeda figitur. et umbra ipsius simi/
liter mensuratur. Quo collecto numero nemo dubitat
ex umbra decempede inueniri altitudinem ciuitatis: cū
sciatur q̄ta altitudo quātum umbrę emittat in longum.
Quę ad oppugnandas: uel defendendas urbes auctores
bellicarum artium prodiderūt: uel quę recentior neces/
sitarum usus inuenit: pro publica: ut arbitror utilitate di/
gessi. illud iterum commonens: ut solertissime caueatur
ne quando aut potus inopia emergat: aut cibi: quibus
malis nulla arte succurritur. Ideoq; intra muros tāto plu/
ra condenda sunt: quanto scitur clausurę tempus in ob/
sidentium potestate consistere.

Pręcepta belli naualis.

Ręcepto maiestatis tuę Imperator inuicte: ter/
restris pręlii rationibus absolutis. Naualis belli
residua: ut opinor est portio: de cuius artibus
ideo pauciora dicenda sunt / quia iam dudum pacato
mari cum barbaris nationibus agitur terrestre certamē
Romanus autem populus pro decore / & pro utilitate
magnitudinis suę / non propter necessitatem tumultus
alicuius classem parabat ex tempore. Sed ne quādo ne
cessitatem sustineret. semper habuit preparataz. Nemo
enim bello lacescere: aut facere audet iniuriam ei regno


4
uel populo: quem expeditum / & promptum ad resistē/
dum: uindicandumq; cognoscit. Apud misenum igitur
& rauennam singulę legiones romani nominis cū clas/
sibus stabant: ne longius a tutela urbis abscederent. Et
cum ratio postulasset sine mora / liue circuitu ad omnes
mundi partes nauigio peruenirent. Nam misenatum
classis galliam / hispanias / mauritaniam. aphyricam. egyptum.
sardiniam. atq; siciliam habebat in proximo. Clis/
is autem rauennatum / epyron / macedoniam / achajam
propontidem. pontum / orientem / cyprum p̄ter dire/
cta nauigatione conflueuerat: quia in rebus bellicis cele/
ritas amplius solet prodesse: q̄ uirtus.

Nomina iudicum: qui pręerant classi.

Iburnis autem: quę in campania stabant pręer/
ctus classis misenatum pręerat. Eas uero: quę
Ionio mari locate fuerant. ad pręfectum classis
rauennatum pertinebant: sub quibus erant deni tribuni
per cohortes singulas constituti. Singulę autem liburnę
singulos nauarcos. i. quasi nauicularios habebāt: qui ex/
ceptis cęteris nauarum officiis gubernatoribus: atq; re/
migibus / & militibus exercendis quotidianam curam /
& iugem exhibebant industriam.

Vnde appellantur liburnę.

Iuersę autem prouincie mari plurimum potue/
runt quibusdā temporibus. & ideo diuersa eis
genera nauium fuerunt. Sed augusto dimican/
te actiaco bello / cum liburnorum auxilio pręcipue uic/
tus fuisset antonius / experimento tanti certaminis patu/
it liburnorum naues cęteris aptiores. Ergo similitudine
& nomine usurpato earundem instar classem Romani
principes texuerunt. Liburnia nanq; Dalmatię pars est

54

Duce roman/
rū classes. &
ad rauennam
Alterā ad n/
sem. Notia

Celeritas
tū ualeat
bello

Liburnę

Nauarchi

Nauiculari

Augustus

Liburnę

naues un



andecrinę subiacens ciuitati: cuius exemplo nunc na-
ues bellicę fabricantur. & appellantur liburnę.

Qua diligentia fabricentur liburnę.

Ed cum in domibus struendis arenę: uel lapi-
f dum qualitas requiratur/ tanto magis in fabri-
candis nauibus diligenter cuncta queręda sunt
quanto maius periculum est nauem uitiosam esse: q̄ do-
mum. Ex cupresso igitur: & pino domestica sive silue/
stri larice & abiete precipue liburna contexitur. Vtilius
clauis ereis: q̄ ferreis configenda sunt: que licet grauior
aliquanto uidetur expensa: tamen quia amplius durat/
lucrum probatur afferre. Nam ferreos clauos tempore
D & humore celeriter rubigo conlumit. Erei autem etiam
fluctibus propriam substantiam seruant.

Qua obseruatione sit cedenda ma-
teries.

o Bseruandum. precipue: ut a quintadecima usq̄
ad uigesimam tertiam lunam arbores precidan-
tur: ex quibus liburnę contexendę sunt. His. n.
tantum octo diebus cęsa materies immunis conserua-
tur a carie. Reliquis autem diebus precisa/ & eodem an-
no in terna uermium labe exesa in puluerem uertitur:
quod ars ipsa: & omniũ architectoꝝ quotidianus usus
edocuit & contemplatōe ipsius religionis agnoscimus:
quā pro eternitate his tm̄ diebus placuit celebrari.

Quo mense cedende sunt traves.

c Edunt aut traves utiliter post solstitiũ estiuũ. i.
p̄ menses Iuliũ/ augustũ/ & p̄ autumnale egnoc-
tiũ usq̄ ad Kal. Ianuarias. His nāq̄ mensibꝯ are-
scente humore sicciora/ & ideo fortiora sunt ligna. Illud
aut cauendũ ne cōtinuo/ ut deiecte fuerint traves secenē

55
uel statim/ ut secte fuerint/ mittantur in nauem. Siquid
adhuc solide arbores etiam diuise per tabulas duplices
ad maiorem siccitatem mereantur inducias. Nam/ que
uirides companguntur/ cum natuum humorez exuda-
uerint/ contrabuntur & rimas faciunt latiores: quo nihil
periculosius est nauigantibus.

De titulo Liburnarum.

q̄ Vod ad magnitudinem ptinet minimę Libur-
nę remorũ habent singulos ordines paulo ma-
iores binos idoneę mensurę ternos/ uel quater/
nos. Interdum quinos sortiuntur remigum gradus. nec
hoc cuiq̄ enorme uideatur: cum in actiaco bello longe
maiora referantur concurrisse nauigia: ut senorum etiaz
uel ultra ordinum fuerint. Scapbe tamen maioribus li-
burnis exploratorie sociantur: que denos prope remi-
ges in singulis partibus habeant: quas britani pictas uo-
cant per has & superuentus fieri. & cōmeatus aduersa-
riorum nauium aliunde intercipi assolet/ & speculandi
studio aduentus earum: uel consiliũ deprehendi. Ne
tamen exploratorię naues candore prodantur colore ue-
neto: qui marinis est fluctibus similis uela tinguntur/ et
funes cera qua ungere solet naues coficitur. Nautę quo-
q̄/ uel milites uenetam uestem induunt: ut non solum
per noctem: sed etiam per diem facilius lateant explo-
rantes.

Nomina Ventorum.

q̄ Vicũq̄ exercitiũ armatis classibus uebũt/ turbi-
num ligna debent ante p̄noscere. Procellis
nanq̄: et fluctibus liburnę grauius sepe/ q̄ ui ho-
stium perierunt. In qua parte naturalis philosphię tota
est adhibenda solertia: qua uentorum: tempestatumq̄
coelesti ratione natura colligitur. Et pro acerbitate pela-
gi sicut cautos & prouidos cautela tutatur: ita negligē-

Terrei clauis
Terrei clauis

Scapha con-
tantur libu-
nas

Venetus
lor qui



pelio
 sub solam
 orus
 rcius
 urus
 ultu rurus
 lotus
 uster
 euconotus
 ibonotus
 Zephyrus
 Libs
 Africus
 apix
 auomus
 apax fias
 septentrio
 Thrasceas

res extinguit in curia. Igitur uentorum numerum: atq;
 uocabula ars nauigandi primum debet inspicere. Vete
 res autem iuxta positionem cardinum tantum quatuor
 uentos principales a singulis coeli partibus flare crede
 bant. Sed experimento posterior etas duodecim ueni
 prehendit. Horum uocabula ad summouendam dubi
 tationem non solum græca: sed etiam latina protulimus
 ita ut uentis principalibus declaratis eos qui ipsis dex
 tra: leuaq; coniuncti sunt indicemus. Verno itaq; solsti
 tio id est ab orientali cardine sumimus exordiu/ ex quo
uentus oritur: apeliotes. i. subsolanus. huic a dextra iun
gitur circius: siue chorus. A sinistra: eurus: siue uulturus.
Meridianum aut cardinem possidet notus id est auster.
huic a dextra iungitur leuconotus. a sinistra libonatus.
 Occidentalem uero cardinem tenet zephyrus. huic a
 dextra iungitur libis: siue africus. a sinistra apix: siue fa
 uonius. Septentrionalem uero cardine formus est apax
 tias siue septentrio: cui adheret thrasceas: siue cracias. A si
 nistra boreas. i. aquilo. Hi sepe linguli: Interdum duo.
 Magnis aut tempestatibus etiam tres pariter flare consueuer
 runt. Horum impetu maria/ que sua sponte tranquilla
 sunt/ & quieta undis estuantibus sequunt. Horum flatu
 pro natura temporum/ uel locorum ex procellis serenitas
 redditur. & rursus in procellas serena mutatur. Nam
 secundo spiramine optatos classis inuenit portus/ aduer
 so stare: uel regredi: aut discrimen sustinere compellitur
 & ideo difficile naufragium pertulit: qui uentorum ra
 tionem diligenter inspexit.

Quibus mensibus tutius nauigetur.
 Equitur mensium dierumq; tractatus. Neq; ni
 i. integro anno uis / atq; acerbitas maris patitur
 nauigantes. Sed quidam menses aptissimi qui
 dam dubii. Reliqui classibus intractabiles sunt lege na

Solstitiu uernu. i. equinoctiu
 Notandu hoc magno ope pro
 illo uirgiliano. Humida solsti
 tia &

ture phanitis de cursu id est post ortum pliadum a die.
 vi. kal. iunii usq; in arcturi ortum. i. in diem. xiii. kal. oc
 tobris. secura nauigatio creditur: quia estatis beneficio
uentorum acerbitas mitigatur. Post hoc tempus usq; in
tertium idus nouembris incerta nauigatio est/ & discrimi
mini propior. Propterea quia post septembris idus ori
tur arcturus uehementissimum sidus. Octauo kal. octo
bris equinoctialis euenit acerba tempestas. Circa nonas
uero octobris hedi pluuiales. quinto idus eiusdem tau
rus. A nouembris aut mente crebris tempestatibus na
uigia conturbat uirgiliarum hyemalis occasus. Ex die
igitur tertio iduum nouembris usq; in diem sextu idu
um martis/ maria clauduntur. Nam lux minima: noxq;
 prolixa/ nubium densitas aeris obscuritas. Ventorum
 hymbrium uel niuium geminata sequitia non solu clau
 ses a pelago: sed etiam comcantes a terrestri itinere de
 turbat. Post natale uero ut ita dicam/ qui solenni certa
 mine publicoq; spectaculo multarum gentium celebra
 tur plurimorum siderum: ipsiusq; temporis ratioe usq;
 in idus maias periculose maria tentantur non q; negoci
 atorum cesset industria: sed quia maior adhibenda est
 cautela: quando exercitus nau igit cum liburnis: q; cum
 priuatorum mercium festinat audacia.

Quemadmodum tempestatum
 obseruanda sunt signa.
 Reterea aliorum ortus: occasusq; siderum
 p. tempestates uehementissimas commouent
 in quibus licet certi dies auctorom attestati
 one uigentur: tamen quia diuersis casibus
 aliqui mutantur: & quod confitendu est celestes cas hu
 mana condicio ad plenu nosse phibetur. Ideo nauticeq;

Phamitis c
 cursu
 Arcturi o
 uehement
 firmi sider
 Hedi plu
 Taurus
 Virgiliar
 occasus

obseruationis curam trifariam diuidunt. Aut enim cir/ ca diem statutum: aut ante uel postea tempestates fieri compertum est. Vnde præcedentes progymnazon: na/ scentes die solenni gymnazon subsequentes Meta/ gymnazon græco uocabulo nuncuparunt. Sed omnia numerare nominatim aut ineptum uidetur: aut longum cum auctores plurimi non solum mensium: sed etiam dierum rationem diligenter expresserint. Transitusq; si derum: quos planetas uocant cum præscripto cursu di/ ei arbitrio creatoris suscipiunt signa: uel delerunt/ frequē ter assolent serena turbare. Inter luniorum autem dies tempestatibus plenos/ & nauigationibus q̄ maxime me/ tuendos non solum peritię ratio: sed etiam uulgi usus in/ telligit.

De pronosticis: quibus noscitur serenitas: et turbatio aeris.

Vitis quoq; signis & de tranquillo pcellę/ & de tempestatibus serena produitur: quę uelut in spe/ culo lunę orbis ostendit. Rubicundus enim co/ lor uentos. Ceruleus indicat pluuias. Ex utroq; commi/ xtus nubes & furentes procellas. Letus orbis ac luci/ dus serenitatem nauigiis repromittit: quam gestat in uultu. Præcipue si quarto ortu neq; obtulis cornibus ru/ tula: neq; infuso fuerint humore fuscata. Sol quoq; exor/ riens: uel diem condens interest utrū equalibus gaude at radiis: an obiecta nube uarietur. Vtrum solido splen/ dore fulgidus: an uentis urgentibus igneus/ neue pal/ lidus uel pluuiā sit ipendēte maculosus. Aer uero: & ma/ re ipm/ mubiūq; magnitudo/ uel spēs sollicitos instruit nautas. Aliq̄ta ab auibus: aliq̄ta significantur a piscibus: quę Virg. in georgicis diuino pene cōprehēdit ingenio

Virg

Et Varro in libris naualibus diligenter excoluit. Hęc gu/ bernatores sese scire profitentur. Sed eatenus: quatenus eos peritię usus instruit: non altior doctrina firmauit.

Varro

57

De æstuariis hoc est de reumate.

Lementū pelagi tertia pars mundi est: quę præ/ ter uentorum flatum suo quoq; spiramine: mo/ tuq; uegetatur. Nam certis horis diebus: pa/ riter: ac noctibus æstu quodam: quod reuma uocant: ultro citroq; percurrit. & more currentium fluminum nunc exundat in terras: nunc refluit in altitudinem suaz. Hęc reciprocantis meatus ambiguitas cursus nauium secunda adiuuat: retardat aduersa: quę dimicaturō ma/ gna sunt cautione uitanda. Neq; enim auxilio remorū reumatis impetus uincitur: cui interdum cedit & uen/ tus. Et quoniam in diuersis regionibus diuerso lunę cre/ scentis: minuentisq; statu horis certis ista uariatur. Ideo prælium nauale gesturus cōsuetudinem pelagi: uel loci ante congressum debet agnoscere.

De locorum noticia: siue remigibus.

Auticorum gubernatorumq; solertia est/ loca: in quibus nauigatur: portusq; cognoscere: ut in festa proeminentibus: uel latentibus Scopu/ lis uadosa: ac sicca uitentur. Tantum enim securitas ma/ ior est: q̄tum mare altius fuerit. In nautis diligētia. In gu/ bernatoribus peritia. In remigibus uirtus eligitur. Pro/ pterea quia naualis pugna tranquillo committitur mari Liburnarumq; moles nō uentorum flatibus: sed remo/ rum pulsu aduersarios percutit rostris. Eorumq; rursus impetus uitat. in quo opere lacerti remigum/ & ars cla/ uum regentis magistri uictoriam præstat.

De Telis: Tormentisq; naualibus.

Vita quidem armorum genera prælium terre/ stre desiderat. Sed nauale certamen non solum

Aestus
Rheuma



plures armorum species: uerum etiam machinas: & tormenta flagitat/ tanquam in muris dimicetur: & turribus. Quid enim crudelius congressione nauali: ubi & aquis homines perimuntur & flammis. Precipua ergo esse debet remigum cura: ut catafracti/ uel loricati/ galeati etiam & ocreis muniti sint milites. De onere namque armorum nemo potest conqueri: qui stans pugnat in nauibus. Scuta quoque ualidiora propter ictus lapidum / & ampliora sumuntur. Propter falces: & harpagones: aliaque naualia genera telorum/ sagittis/ missilibus/ fundis/ fustibalis plumbatis/ onagris/ balistis/ scorpionibus iacula inuicem diriguntur/ & saxa. Et quod est grauius: qui de uirtute presumunt/ ad motis liburnis/ iniectis pontibus in aduersariorum transeunt naues: ibique gladiis manu ad manum ut dicitur comminus dimicant. In maioribus etiam liburnis propugnacula: turresque constituunt: ut tanquam de muro: ita de excelsioribus tabulatis facilius uulnerent: uel perimant inimicos. Oleo incendiario. Stuppa. Sulphure. & Bitumine obuolute/ & ardentes sagitte per balistas in hostiarum nauium alueos infiguntur. Inuncta quoque cera & pice/ & resina tabulas tot fomentis ignium repetite succendunt. Alii ferro interimunt/ & saxo. Alii arde re coguntur in fluctibus. Inter tanta tamen mortuorum genera/ qui acerrimus casus est/ assumenda piscibus in sepulta sunt corpora.

Quemadmodum nauali bello collocentur insidie.

D instar autem terrestris prelii superuentus fiunt ignorantibus nauis: uel circa opportunas insularum angustias collocantur insidie. Idcirco agitur ut imperiti facilius deleantur. Si longo remigio fatigati sunt hostium naues. Si uento urgentur aduerso. Si prouum est reuma. Si nil suspicantes dormiunt inimici

Falces

Harpagones

Liburnarum ma
tores

Oleo incendiario

58
Si statio/ quam tenunt/ exitum non habet. Si dimicandi optata uenit occasio/ fortunę beneficiis iungende sunt manus/ & ex opportunitate prelium conferendum. Quod si cautela hostium: euitandi insidiis publico Marte conflagat: tunc liburnarum instruende sunt acies/ non directe: ut in campis: sed incurue ad similitudinem lime ita ut productis cornibus acies media sinuetur: & si aduersarii prorumpere tentauerint/ ipsa ordinatione circumdati: deprimantur. In cornibus autem precipuum robur & liburnarum collocatur: & militum.

Quid fiat cum aperto Marte committitur bellum.

Reterea utile est ut alto: & libero mari tua semper classis utatur. Inimicorum uero pellatur ad littus: quia pugnandi impetum perdunt: qui detruduntur in terras. In huiusmodi certamine tria armorum genera plurimum ad uictoriam prodesse comperit. Asseres. Falces. Bipennes. Asser dicitur: cum trabs subtilis ac longa ad similitudinem antennę pendet in malo utroque capite ferrato. Hunc siue a dextra: siue a sinistra parte aduersariorum se iunxerint naues/ pro uice arietis ui impellunt: quia bellatores: siue nautas siue dubio prosternit: ac perimit. Ipsamque nauem sepius perforant. Falx autem dicitur acutissimum ferrum curuatum ad similitudinem falcis: quod contis longioribus inditum collatorios funes: quibus antena suspenditur/ repetite prececidit. Collapsis quoque uelis liburnam pigriorem/ & inutilem reddit. Bipennis est securis habens ex utraque parte latissimum & acutissimum ferrum. Per has in medio ardore pugnandi pitissimi naues/ uel milites cum minoribus scaphulis secreto incidunt funes/ quibus aduersarioz ligata sunt gubernacula. Quo facto statim capitur tanquam inermis & debilis nauis. Quid enim salutis super est ei

Asser

Falx

Bipennis



usoria

qui amiserit clauum. De lusoriis quis in danubio quoti-
dianis utitur excubijs reticendum puto: quia artis am-
plius in his frequentior usus inuenit: quam uetus doctri-
na monstraerit.

FINIS :

Impressum Romę per Venerabilem uirum Magistru
Eucharium Silber/alias Franck. Anno domini millesi-
moquadringsimo octogesimoseptimo. Die uera
quarto Kal. Februarii.

Registrum.

Primum uacat
Ad portandum.

Is: &
Fortitudo.

Pondus quoq;
Sit fossa.

Daciam
Gerit: uel totus.

Sisset auctoritate
Is sagictis.

Vitas resistere
De scalis
Et ideo.

Dicerant
tur de.

Locus in quinta carta: sic emendetur: Ad Gyneceam de-
leaturq; genera mulierum. In exempli enim ordine cor-
ruptu: sed in margine emendatu librarius pretermisit.



VNIERSIDA
DE SALAMANCA

GREDOUSAL